C P 38

R.C.

1 Plate, 8 pp. 69 pp

19 lin

L Rosa

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/brevecompendiumn00rosa

BREVE
COMPENDIVM
NATIONIS GLORIOSÆ TOTIVS LINGVÆ ILLYRICÆ;

IN QVO BREVITER ORIGO ipſius Nationis oſtenditur, extenſio eius copioſa; Reges fidei Catholicæ, totius Dalmatiæ, Boſnæ, Seruiæ, atque Raſsiæ, quos habuit: in fine verò ſub vmbra Aquilæ magnarum alarum Reſpublica Raguſina feliciter quomodo moratur.

EX QVO DELECTATIONEM, voluptatem, atque vtilitatem maximam, de Antiquitate huius Nationis Catholicus percipiet Lector.

AVCTORE P. MARTINO ROSA, Ordinis Min. de Obſeruantia, Sacræ Theologiæ profeſſore.

CVM LICENTIA. MATRITI.

Ex Typographia Franciſci Martinez, anno 1638.


SICVT OLIVA FRVCTIFERA. Psalm. 51
Ex Archetypo
Velazquez.
Herman Panneels f. Matriti. 1638.

EXCELLENTISSIMO PRINCIPI, PRÆSTANTISSIMO DOMINO D. GASPARI de Guzman; Comiti de Oliuares, Duci Sancti Lucæ Maioris, Summo Sacri Cubiculi Præfecto, Supremo Stabuli Regij Præpoſito, Magno Indiarum Cancellario, Primo Hiſpaniæ Monarchiæ Miniſtro, Status, Belliq́ue à Conſilijs.

P. MARTINVS ROSA, STAGNENSIS, Seraphici Inſtituti; Prædicator, Lector, atque Diffinitor, alumnus Prouinciæ Raguſinæ. D. D. D. D.

PRÆFATIO.

QVID cauſæ ſit (Excellentiſsime Princeps) cur vt quæque Ars maxima, maximèque laudanda ſit, ita maximo ſui ſtudio omnium hominum mentes inflāmet, & iure quæri, & queſitum haud

difficilè à nobis inueniri fortaſſe poterit. Etenim quum non ſolùm in ijs rebus, quæ à natura procreatæ, ſed etiam in his, quæ ab hominibus geſtæ ſunt, veritatem ipſam exquirerè difficilè ſit, difficillimum autem quidque conſtantiſsimo omnium hominum teſtimonio glorioſiſsimũ habeatur, quid eſt, quod miremur ad honeſtiſsimas Artes huius laudis cupiditate plurimos quotidie homines incitari? Adde, quòd quum in his diſciplinis tantum ad dignitatem præſidij conſtitutum eſſe illi intelligant, non mediocre in ijſdem ad vtilitatem etiam poſitum eſſe momentũ, quod ea vix ab honeſtate ſeiungi poſsit, exiſtimant. Quæ igitur ſtudia incredibilis ſpes gloriæ, ac non minima commodorum expectatio excitauit, ea deinde æmulatio, ac quædam etiam principatus cupido confirmauit. Siquidẽ hoc homini à natura tributum eſt, vt quocunq; in ſtudio elaborarit, is in eo modo libero, atque ingenuo animo ſit, ſi longè antecellerè cęteris velit. Itaque non modò in his pręclaris doctrinæ ſtudijs nobis primas ingenij cupidiſsimè vindicamus, ſed in rebus etiam Bellicis periculorum quoque nobis, ſi ita res tulerit, principatũ huius mundi depoſcimus. Atque hæc vna res hoc tempore noſtro bonarum litterarum ſtudia quum iam pridem afflicta erexit, tum etiã ere-

cta

ƈta corroborauit: quum multi intereà ſeſe ad ea celebranda, verum omnium quæ maiores ſuos oppreſſerat, expulſa barbarie, conuertiſſent, atque veritatis indagandæ ſtudio, nouas ipſi ſemper aliquas inferre ſententias ſtuduiſſent, alienas verò, vt res poſtulabat ipſa, repudiaſſent.

Quamobrem eorum ingenio, quantum ad antiquam litterarum gloriam progreſſus factus ſit, nemo eſt tam ignarus rerum, qui non facilè etiã me tacente perſpiciat. Hoc in alijs diſciplinis noſtra, aut patrum memoria factum: vt ab excellẽtibus ingenio viris, qui eiuſmodi ſtudia coluerunt, multæ incognitæ Artes inuentæ, multæ ex antiquitatis tenebris erutæ in lucem productæ ſint; modò autem in Antiquitatis Romanæ ſtudio fieri cœptum videmus. Quod quidem ad illuſtrandum, & ad memoriam reuocandum. Antiquitatem in luce Hiſtoriaſque poſuerunt, quam multi præclaro ingenio præditi viri, eorum ſtudio ac induſtria ſubleuarint, difficile dictu eſt.

Horum igitur, & ego Excellentiſsime Princeps Domine, præclaro exemplo adductus, non gloriæ, cui quidem in tanta ſingularium virorum copia vix locum eſſe poſſe videbam incenſus ſtudio: ſed incredibili rerum Nationis Glorioſæ, atque geſtium totius linguæ Illyricæ,

cuius nationis ego ab ineunte ętate, natus, eductuſque fui; cupiditate quadam inflãmatus ſemper fui, de Antiquitate vt iſtius Nationis præbere aliquid poſsim, & ad memoriam præſertim reuocãdum, ideò hac de cauſa breue hoc Compendium in luce poſui, in quo inuenietis materiam prolixè à multis Hiſtoricis tractatam, licèt verò non tã ita ab omnibus, ſic in breui Compẽdio delucidatam, explicatam, & deſcriptam eſſe. Quod autem ad ſtudia humanitatis attinet, magnifica quædam ac præclara res eſt tractare de Hiſtoria huius mundi, ſummoque ſemper in honore fuit Antiquitatis cognitio, atque notitia.

PHILOSOPHI & Mathematici, Senatus-Conſultis damnati Roma pelluntur? Medici in illud Orbis domicilium, in illam frequentiſsimam, florentiſsimamque Vrbem vix ac ſerò recipiuntur. Totaque Medicorum Ars, ne digna quidem iudicatur, quæ ab ingenuis exerceatur, ſed ad Græcos homines, aut ſeruos infimamque plebem relegatur, hodieque à Nobilibus viris reſpuitur.

Hiſtoriæ verò manus ſummi quique viri amplectuntur? Athenis quidem præſtantiſsimi Duces exercitus Xenophon, & Thucydides: Romæ Cæſar dictator, Octauius Auguſtus, & Clau-

dius Cæſar Imperatores. Quid referam Alexandrum Magnum Homeri Iliada noctu lectitantem, Scipionem Cyropædiã numquam ferè de manibus deponentem, Demoſthenem Thucydidis ſcripta octies ſua manu exſcribentem; vt vnico verbo dicam; omnes præclariſsimi ingenij Scriptores, & præſertim Hiſtorici militaris, & ciuilis prudentiæ partes explicant Hiſtorias; omnes affectus hominum, caſus aut euentus rerum appetunt: vt qui in Hiſtoriarum lectione probè verſati ſunt, omnibus Principum, Regum, Imperatorum conſilijs fuiſſe: Omnes Orbis partes peragraſſe, & quantumuis Iuuenes, ipſis ſenſibus & ætate prouectis, longoque rerum vſu exercitationis, prudentia, conſilioque antecellere videantur. Quo quidem in ſtudio Græcos ſumma cum laude verſatos non inficias ibis ſi eloquentiam, Romanos ſi fidem in rerum geſtarum deſcriptione ſpectes.

Graijs dedit ore rotundo
Muſa loqui.

ATQVE vt in Philoſophia Platonis diuinũ eloquium, Ariſtotelis flumen aureum celebrant; in Poëſi Homerum, Pindarum, Theocritum, Anacreonta, ſic in conſcribenda Hiſto-

ria Xenophontis, Herodoti, Thucydidis, dicẽdi lepores elegantiamq́ue ſermonis omnes ad cœlum tollunt, at fidei laude in ijs quæ poſteris tradiderunt, non ita eximios eſſe quis negat? Thucydides enim honorificè de Cleone ſcripſit, cuius factionibus exulauerat: Xenophõtis libri non ad Hiſtoriȩ fidem ſcripti eſſe videntur? Herodotum quem Hiſtoriæ parentem celebrãt notum ſit.

De Romanorum fide magis conſtans fama in ſcriptis; quos omnia conſequi potuiſſe Cicero prædicat ſimul & velle cœperant, atque in ijs Artibus, quarum ſtudia ſemel amplexi ſunt, cȩteris omnibus gentibus præſtitiſſe: Itaque non ſolùm eloquentia, iuriſperitia, reique militaris gloria claruêre, ſed etiam Hiſtoriarum monumentis, de ijs omnibus clariſsimum exemplum habemus.

Imperium Romanum longè omnium terra, marique latiſsimum, vt legitur in Hiſtoria, Primus Auguſtus Cæſar non ſolùm armis, opibuſq́ue firmauit, ſed etiam legibus, ac Magiſtratibus exornauit. Nam cùm Prouincias omnes deſcripſit, & certos ſingulis Rectores, Præſides, Proconſules, Præfectoſq́ue impoſuit, tum limites Imperij terminauit, atque ad eorum cuſtodiam firmiſsima Caſtella, exercituſq́ue prõptiſ-

ſimos

ſimos collocauit. Indè Trajanus, & ſucceſſores eius ſubtiliorem aliam Prouinciarum diuiſionem introduxerunt, atque alios earum Gubernatores, Præſides, Conſulares, & Correctores inſtituerunt, ac demum limites legionibus etiam alijs inſtruxerunt. Poſtremò Diocletianus ſuperioribus fermè reliquis inſtitutis retentis illud noui induxit, quod Imperium cum alieno ita cõmunicauit, vt proximè ſibi ſuccedentibus occaſionem eius diuidendi; Conſtantio, inquam, Valerioque attulerit.

Quod inſtitutum excipiens Conſtantinus ſic ſubinde adauxit, vt Roma Sede Imperio Occidentali relicta, alterum Orientali domiciliũ ſtruxerit, ac proprios vtrique Magiſtratus adiunxerit. Qua diuiſione inuecta res Romanæ ad id, vſque temporis validę, atq; magnificæ, quaſi infirmiores, ac deteriores effectę primùm occultè labi, deinde apertè præcipitari cęperunt: quouſque ad extremum ipſorum, ſiue ignauia Principum, ſiue perfidia Imperatorum, ſiue potentia hoſtium miſerrimè corruerunt. Has porrò clades grauiſsimas, atque omnium ſine dubio atrociſsimas vehementius, & iã terra Chriſtianæ ipſius tum primum Orientis Eccleſiæ vulnera cumularunt: quæ illi continentur modò vetuſta Principum ex ſuſcepta Gentilitate per-

fidia, quot noua Antiſtitum de fide Chriſtiana incommoda inflixerunt, hoc totum ſcitur, habeturque in Hiſtorijs; vt ad notitiam hominum clarè de Antiquitate, & geſtis Principum, Regionumque mundi huius ac magis eluceſcerent.

Contrà verò Hiſtorias nulli refugiunt, amplectunturque omnes, nulli non iubenter audiunt, cuius Scriptores tanto quondam in pretio fuerunt, vt ad audiendum Liuium, non humiles ſolùm, & gregarij homines, ſed clariſsimi quoque Principes ab extremis Hiſpaniarum finibus Romam vſque turmatim venerint.

ROMANI ſtatuam erexerunt Antipar Hieropolitanus Seuero Principi: Clitarchus Alexandro: Dexter Theodoſio: Amintæ Macedonum Regi: Hellanicus Mitileneo: Eratoſthenes Cyreneus Ptolemęo: ob ſcriptas, vt dicam vnico verbo, Hiſtorias cœperunt generationes mundi huius familiareſcere.

Quid dicam de Alexandro Magno, & eius Hiſtoricis, & Scriptoribus? Audite, obſecro, Auditores, perſpicaciſsimique Lectores.

Scriptores, atque Hiſtorici, Alexandri Magni.

Clitarchus, *Policrates*, *Oneſicritus*, *Antigenes*, *Iſtrus*, *Ariſtobolus*, *Cares*, *Philippus Chalcidenſsis*, *Ptolemæus*, *Anticydes*, *Philo*, *Thebanus*, *Antiſthenes*, *Menechmus*, *Sicyonius*, *Nymphis*, *Heracleotes*,

Po-

Potamō, Mitylēnus, Sotericus, Aſites, Arianus, Plutarchus, Tranquillus, Dion Caſsius, Spartianus, Iulius Capitolinus, Helius Lampridius, Vulcatius, Gallicanus, Trebelius Pollio, Flauius Vopiſcus, Sextus Aurelius Victor, Eutropius, Amianus Marcellinus, Pomponius Lætus.

Omnes iſtos & alios innumerabiles, quos breuitatis gratiâ non adduco, habuit Præcones, Excellentiſsimoſque Scriptores, atque Hiſtoricos; quos in multa veneratione Alexander Magnus habuit; quiquidem omnes eundem torſerunt funem.

Vitas quoque Rom. Pont. ſcripsêre quāplurimi, ſed revera breuitatis causâ, & illos adducā ſolummodò aliquos; ſunt iſti ſequentes. *Damaſus, Anaſtaſius, Guido, Sigisbertus, Hugo Florianus, Sicardus, Gotfredus, Martinus Carſulanus, Landulphus, Sozomeus, Geruaſius, Ptolemæus, Antonius Florentinus, poſtremò Platina*: qui ferè cauſabitur plura nunquam Scriptorum, quàm nunc extitiſſe monumenta æternæ rei memoriæ ibo inficias: vndè ergo (vt ita dicam) ſeptigenta voluminum millia ſibi collegiſſet Ptolemęus Philadelphus? Vndè tria millia Tyronion Grāmaticus? Et multi alij Græci, & Latini, Antiqui, & Recentiores Scriptores, atque Hiſtorici, quos ferè omnes gratiâ breuitatis omittam: quis po-

Scriptores Sum. Pont.

Ptolemæus ſeptigenta voluminū millia ſcripſit.

Tyronion tria millia voluminū ſcripſit.

terit eos dinumerare? Qui omnes penè poſt mortem ſuam æternam memoriam reliquerunt.

Sic etiam (Excellentiſsime Princeps) exemplo illorum deductus, vt de Antiquitate Nationis Glorioſæ, totius linguæ Illyricæ, Patriæque dulcis noſtræ Raguſinæ deducam in hoc tā breui Compendio, totum fideliter ponam: In quo oſtenditur Origo iſtius Nationis, extenſio eius valdè copioſa; Regeſque Catholici Sanctę Matris Eccleſiæ. Dalmatiæ, nempè Seruiæ, Boſnæ Argentinæ, atque Raſsiæ, quos habuit. Et in fine ſub vmbra Aquilæ magnarum alarum, patrocinioque Veſtre Excelētiæ Reſpublica Raguſina, feliciter quomodo moratur.

Hoc totum deſideraui, ſicut modò de facto in luce pono, vt tuis auſpicijs Compendiū hoc publicæ, & more ſolito exiet, tanquam in ore famæ poſiti, nominis tui ſit pręſcriptio: hoc à nobis exigere meritò videtur ſumma dignitas, atque amplitudo, ad quam merita veſtra, & eximiæ in omni virtutum genere laudes per omnes honorum gradus ſic prudentiſsimo Principe extulere: qui revera indutus es, flammeo Chriſtianæ pietatis, ſtolaque pudoris, Mundoque caſtitatis, vt enim Chriſtiana, & Catholica Fide, de qua, nildiuinius, nil altius, & purius ſit. Sic, Excellentiſsime Domine, nil morum gra-

uita-

uitate, nil cogitationum puritate, nil factorum honeſtate te debet eſſe elegantius: Hoc inclyta & tam celebris Mater, vt ita dicã, totius mundi Ciuitas Romana te docuit, in qua Natus, in qua Altus, & educatus fuiſti?

Cogita te Excellentiſsime Princeps, ea domo ortum, de qua nil modò prodeat niſi ſanctum, glorioſum, & honorabile triumphum Fidei Catholicæ?

Cogita te inquam in ſublimi ſtatu, apud Regem Catholicum, de quo nil aliud emanet, niſi ſal ſapientiæ & prudentiæ in celebri Regimine Hiſpaniarum: & ſicut Sol communicat lucẽ ſuam, Lunæ, & ſtellis, ita reſplendet Excellentia ſua, atque communicatio prudentiæ veſtræ in hac excelſa Curia: in quo totius Orbis populi, & Nationes, oculos cõijciant. Accipe me ſeruum tibi dicatũ, quippè memor ero ſemper in meis orationibus deprecari, pro veſtra exaltatione, ſalute, & pace, apud Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, qui tecum viuit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen. Ex Conuentu Sancti Franciſci Matriti die 14. menſis Decembris, anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimooctauo.

Vale, Excellentiſsime Princeps, Amor Orbis, Decus Madriti, Honor Regis Catholici,

Gloria Religionis Seraphicæ, Protector Reipublicæ Raguſinæ, & Dominus Roſæ tibi dicatæ: largitor cœli det tibi, vt ſubditos regas ſapientiſsime, tuteris potẽtiſsime, & foueas Amãtiſsime, atque ad gloriam Chriſti, qui omnibus nobis ſcopus vnicus & certiſsimus eſt. Vale, iterum maximè Princeps.

P. Martinus Roſa Seraphici Inſtituti.

Tuus tuiſque præceptis ſeruus obſequentiſsimus.

APPARATO.

DAL fertil Oliua i carmi al ſuon l' Impreſe
Della gloria ſua ſe fan' chiare, & immortali
Scherzando dal ſuo gentil frutto fulmini eſtrali
Ouunque il Sol vibra l' dimoſtri col fiamme acceſe,
Tra l' Impreſe d' honor, l' Armi di Marte
Riſplendiſi ſua gloria Principe canoro,
Che il canto di Conde, è ſua ſtirpe l' ampio teſoro,
D' opra diuin' che t' adorni ſtringo in breue.
E quaſi l' Artefice ſouuran, che con ſua bel' arte
V' dimoſtri ſublime del ſangue Maſſa d' oro,
Ornandoti col incarnata Roſa enti adorno
Laurea ſtirpe, naſcente Roma, ponga lume in queſta
Per cui fato e' ſol d' Augel paluſtre [Corte
Cigno limpio d' Oliuares, in cui rinati hor fuſte
Gli apelli, è Zeuſi, che con man induſtre [ſtre;
T' adorniuo qui Madrid, dal Ciel v' dimoſtran Illu-
Che in carni i volti ſuoi, Gaſpar de Guzmã, col ſtil im-
L' Aquila ſopremma pongi il ſuo ſuono [mortale
Che dal ſuo canto, à noi dia 'l Ciel in dono,
Dimoſtriſi l' Impreſe, Trofei ſuoi, & il ſplendore;
Non forza d' ombre ò pompa de colori
Non Toſco Homero, non famoſo Apelle
Cantor del' Ciel, Pitor dell' Aure ſtelle
Ad inclyto Prencipe, ſon ſuoi honori,

Che

Che l' vn' ne i Cerchi degli Empirei Cori,
Tolſte i rari concerti, è le fauelle
Et iui l' alltro, dal' Ideæ pui belle
Preſe' i canori ſuoi, lodi, è gli ſplendori
L' vn' cantando delle ſue Impreſe, è l' Armi d' Marte
Gli orechi appaga, è gli inteletti abaglia
L' alltro dimoſtrãdo ſua gentil ſtirpe, i ſenzi intaglia
Fan' ſtupir gli ochi è fan' ſpirar le carte,
Porga ogni vn' di te pari lodi, equali honori
Col gentil cuore verſo l' inuitto Cauagliero
Che dal' doppio honor per pregio intiero
Reſti contento Principe mio, de ſuoi rari Trofei,
Coſsi ſodisfara al' obligo, col ſuo proprio vanto,
Mente fragli Angeli è raro, & à Minorita ſuo ſeruo
Le lodi dargli, di ſua glorioſa fama, è ſuo albergo
Fructifera viui Oliua, che viua in æterno.

A M E N.

TER-

TERRA DEDIT FRVCTVM ſuum. Pſalm. 66.

Conditor immenſus mundi, Sator ætheris alti
Fœcunda ſtruxit, qui prorſus origine rerum,
Sidera ſupremo ſplendentia lumine cœli,
Et terram, pelagus quæ ingens, firmamina & Orbis; Gen. cap. 1.
Ordine perfecto tandem quoque cuncta creauit,
Atque vno verbo, vires ſimul omnibus indit,
Naturæ propriæ, qua ſemper ſola ferantur.
Præterea in que ſuo vel vnquam denique curſu
Cùm dixit FIAT, *ſimul omnia facta patebant;*
Omnia & ipſa ſuo Omnipotens ſic condidit ore,
Hoc totum & fecit, quod mundi continet ordo,
Ornauit terras, plantarum germine multo,
Saxos ſcopulos, lapidumque volumina magna
Robore cœleſti, cuncta hæc virtutibus auxit,
Fœcundas terras, cœli pinguedine fecit, Deus creauit terram, vt ipſa daret fructum ſuum.
Tempore vt hic proprio fructus producere poſsint,
Vt genus humanum totum, his iam ſemper alatur,
In quo magna illi nimium clementia fulget,
Atque creaturis mitis fuit ipſe Creator,
Sicque eius bonitas, fuit ipſa potentiaque ingens,
Hunc vt cognoſcant, totoque ſequantur amore,
Omnia nam fecit, diuinus Conditor Orbis, Auguſt. in Gen cap. 2.
Ob genus humanum, ſibi quod tandem induat omne,

Namque vt iure bonus, verè vult perdere nullum
Terra, Mare, & Cœlum, ſunt perfectiſsima ſecum,
Et bona cuncta Deus, cœleſti lumine vidit,
Gen. cap. 2. *Septenoque die factis, requieuit ab ipſis,*
Robore quæ proprio tandem patrauerat ille;
Tunc terra incepit proprios producere fructus,
Extitit vt terræ, de limo conditus Adam,
Terra primum fructum oſtendit Mundo. *Veluti prima tunc planta Nouella;*
In quo magna Dei nimium fulgebat imago,
Huic intellectum Dominus conceſſerat altum,
Dotibus & ſummis Diuinè ornauerat omnem,
Fecit eum Dominum terrarum in partibus iſtis,
Piſcibus vt pelagi magni dominetur vbique,
Et terræ pariter cunctis animalibus vnus,
Inque hominis manibus quæ cunctaque creata reponit,
Propterquem verò nam condidit omnia ſemper;
Hoc illi Deus ipſe ſuo iam protulit ore,
Cuncta tibi feci, tibi do, tibi tradoque cuncta;
Te Dominum ſtatuo, cunctorum quæ obtinet orbis,
Præceptum ſed ſerua, ipſum quod profero totum:
Nimirum de omni ligno deque Arbore cuncta,
Quam Paradiſus habet folijs viridantibus actam,
Tu comedes vero, magnæ modò de arbore vitæ.
Ne comedas, quocunque die depaueris ipſe,
Mors tibi fructus erit, morte & morieris acerba,
Namque mali, pariterque boni ſtat ſemper in illa;
Diuino in te firmata eſt ſapientia magna,

Hoc

Hoc obſeruabis vel toto pectore cautus,
Nec tibi ſubſiſtat mentis, turpiſsimus error;
Interea tellus fructus produxerat omnes;
Et viridi variata fuit tunc germine rerum.
Tunc illi faciamus, ait Deus ipſe, iuuamen,
Quod ſibi ſit ſimile, & proprio quoque nomine notum;
Ex quo procedat totum generatio in Orbem,
Stirpibus atque hominum, totus repleatur vbique:
Adæ de coſta tunc condita conſtitit Eua;
Mirifico ſanè, & ſacro pulcherrima vultu,
Extitit in terris veluti tunc, ſecunda planta Nouella; Terra aliũ fructum ex ſe dedit.
Quam dedit Artificis Diuina potentia ſummi,
Et quam viuentem vocitat genus, omne parentem
Tunc ambos diuina Dei benedictio cinxit,
Fructibus his tellus iam ſe compleuerat omnem,
Quos ad veſcendum mundo Deus obtulit ipſi,
Et quos miretur toto ſimul Angelus axe,
Condidit hic homines, quos regna ad cœlica ducat,
Gratuitis donis, cœlorum & iure repleuit;
Ad ſuprema poli, nam munera condidit illos,
Ædes vt ſacras poſsint habitare polorum;
Quod verò, vt dico, proſpexit pectore dæmon,
Inuidus & dura iam laudem perritus ira,
In genus humanum flammis ardentibus arſit,
Et rabiem expreſsit toto ſub corde cruentam,
Atque hominem inuaſit, magni eſt qui prorſus imago
Pulcra Dei, ſummuſque Dei ſimul ipſe character;

Euam fallaci tentat peruertere fraude,
Atque dolis miris nimium confundere totam
Hanc ſubit, hanc colubri ſpecie quoque decipit aëri,
Eua fuit à diabolo decepta. *Atque illo ſeducta quidem prorſuſque reuicta,*
Aſſumpſit pomum, morſu & guſtauit iniquo,
Et tanto nimium fuerat gauiſa ſapore,
Protulit ipſa viro pomum lethale viciſſim,
Neſcius ille capit ſtulto quoque dente peredit,
Pronus & ad mortem ſubitò ſine lite comedit,
Fœmineis credit verbis, quibus ipſa latebat;
Pernicies vitæ mortiſque ſuperba ruina,
Et ſubitò ſe ambo, nudos videre viciſsim,
Atque oculos tenuere quidem tunc prorſus apertos;
Et folijs patulæ, texerunt corpora ficus,
Vt violata ſimul fuerant præcepta Tonantis;
Eiecti Paradiſi horto, tunc inde fuere,
Quos iuſto indulſit dimotus corde Creator;
Atque hos de tanto, terræ ſplendore fugauit,
Terra erat inanis, & vacua, propter peccatum Adæ. *Et tunc iam tellus vacua, & permanſit inanis,*
Adæ ob peccatum, quo totus ferbuit orbis;
Quod generi cuncto erumnas duramque reliquit
Pauperiem & cunctos fœdauit morte nepotes.
Tunc Deus ob tanto, ſurgentia crimina, fato
Gen. cap 7. Deus ob peccata hominum diluuiũ miſit in mundo. *Seſe ad ſeruandam inclinat purgamine terram;*
Immittit pluuiam, magnamque ſub imbribus vndam,
Et delebo hominem de terræ ſedibus, inquit,
Quem à facie terræ de limi iure creaui;

Tunc

Tunc omnis tellus tanto madefacto lauacro
Manſit lota quidem, ſed multo germine ſola,
Et deſerta nimis, nullo & decorata colono,
Solum ſub tantis permanſit fluctibus Arca
Armeniæ in ſummo ſupremi culmine Montis,
Atque vbi ſalua fuit, cœperunt creſcere cuncti,
Atque hominum genus omne tulit primordia firma,
Cum magni pariter cunctis animalibus Orbis,
Vt cuique eſt genus omne ſuum, naturaque tota:
Tunc Noë memor ipſe Deus fuit ipſe ſupremus,
Egredi & ipſe iubet, cunctos de viſcere puppis,
Tum & volucres, & quæ per terræ iugera repunt,
Lætitia in campos ſeſe fudere cupita;
Tunc cum prole ſua votis holocauſta peractis,
Abſoluit Noëm, cœlis ſimul obtulit Illa,
Et ſobolem cinxit Domini benedictio cunctam, gen. cap 8. Deus terrã benedixit, vt daret fructũm ſuum in Mundo.
In cœlo & poſuit, ſub ſignum fœderis Arcum,
Ipſe Deus, ne lapſa pluant vehementiùs vnda;
Deleat & terram letho deiecta cruento,
Creſcere cœperunt ſtirpes hominumque propago, Terra incipit dare fructum ſuum.
Diſperſos homines protinus hic viderat Orbis,
A quibus impletus ſuſcepit pondera gentis,
Et vaſto effundi per mundi iugera campo,
Sem, Cham, & Iapheth, proprijs habitacula lectis;
Incoluere quidem, terram, & ſeruerè ſubaſtam,
Vſque ad Abiron magnum, Babel arium & ipſum,
Et diuiſerunt terram ſub partibus ipſis,

Et

Confuſio linguarum de Turrim Babel fuit.
Lingua Illyrica ortum ſuum habuit tempore confuſionis linguarum, de Turrim Babel.
Sem Sacerdotale officium accipit.
Chã Agriculturã tenet.
Iapheth Sceptrum Regale habet.
Iapheth ad Inſulas ſe contulit.

Et ſibi ſumpſerunt partes quicunque paratas;
Poſtquam linguarum fuerat diuiſio cæca,
Ambiguo & Babel, ſecum ſermone remanſit,
Vt turri cœlos, tentauit tangere ſummos,
Sic dimiſit eos Dominus, vario acriter ore,
Verborum vix vlla fides dimouerat omnes,
Præparat & cunctis, quam lingua natio ſancta;
Contineat, quamque arte fuit, quo auctore ſuperſit,
Illuſtris linguæ, ſermo, & clariſsima lingua,
Narrabo facilè, & verbis dabo cuncta paratis;
Vt Noë nouit Natorum pectora ſumma,
Cuique dedit præcepta quidem, & teſtamina clara,
Ad Sem tunc dixit, iam terræ eius ipſe Sacerdos,
Atque miniſtrabis cunctis ſacra ſolus in Orbe;
Agricola & tu Cham, perſcindes iugera aratro,
Et terræ glebas contundes ſexu ligone,
Mechanicum & facies, manuum ſub robore munus;
Iapheth, qui maior erat tunc fratribus ipſis,
Atque animo fortis, multis & viribus audax;
Sic Noë dixit, viues tu munere Regis,
Miles eris, Bellumque tuo de pectore mittes,
Sic tu robuſtus vires deſume pollentes,
Bella vibrabis, membris ſub fortibus arma,
In qua hoſtes fundes nimium in auortia tela,
Et tunc Iapheth toti ſeſe obtulit Orbi,
Contulit & ſeſe per magni littora ponti,
Atque mari cinctas cœpit tunc viſere terras;

ORI-

ORIGO NATIONIS Glorioſæ.

ET Miles magnus, tentauit prælia Martis,
Ex hoc orta fuit, iam tota hæc Natio ſumma;
Arbore ab hac oritur, tantaque ab origine floret,
Illyricæ linguæ, iam tandem gloria tota,
A cunctis verò ſic toto iure vocatur,
Dicitur Hiſtoricis, ſic ſemper ab omnibus ipſa.
Vt Vithichindus, verbis teſtatur apertis,
Hic vbi componit ſceptis goturnica prata,
Hoc & Gaguinus, ſcribit ſermone profuſo,
Sarmaticas, vbi narrat opes atque inclyta tecta,
Europam, atque Aſiam, dicunt habitaſſe vel illam;
Huius progenie, tam grandis Natio floret,
Atque eius Natis, iam Scandinauia tota
Plena fuit quoque multa ſimul decorata ſupreme,
Et numerum pelagi magni peruicit arenæ,
Biſcentum terrruere quidem terræ vndique regna;
Valdenſis verò ſimul, hæc Irenicus inquit,
Illyricam terram, teſtatur & ore fideli,
Imperium primum, ſceptro tenuiſſe potenti;
Sarmatiæ magnæ & totam duxiſſe Coronam,
Natio & hæc, Mundo terror fuit vndique toti;
Immenſus numerus, populi nam creuit in illa,
Natio at hæc preſsit, terrarum plurima Regna,

Natio glorioſa ortum habuit à Iapheth.

Vithichind⁹ Vagriẽſis, de Germania, lib. 1. cap. 3.

Alexander Gaguinus de Sarmatia, lib. 1. cap. 8.

Sarmati cũ Armis acipiunt, Scãdinauiam, Aſiã, & totam Europam.

Auguſt lib. de Ciuitat. Dei, cap. 3.

Irenicus Valdẽſis de Illyrica natione, lib. 1. cap. 8.

Natio glorioſa primũ habuit Regnũ Sarmatenſem.

Et gentes varias Armis ſceptroque ſubegit;
Se, & ſtatuit Dominam per multas denique partes,
Huic Aſia, atque Europa, omnis ſimul Africa ceſsit;
Huic fortuna etiam vires conceſſerat amplas,
Subdidit huic mundi ſupremas robore gentes,
Atque huic, ſe tribuit totis victoria palmis;
Natio Illyrica propter fortunã Triumphi dicitur glorioſa. *Inquam hac iam viguit, magnis quoque fama triũphis,*
Atque ob felices caſus, cœlique fauores;
Glorificum ſecum ſuſcepit hæc Natio Nomen;
Methonius Martyr, quem Abbatem Prunia vidit,
Albertus Crãtius de Suetia, lib. 1. cap 3. *Crantius Albertus, cum Suetica iugera narret,*
Extollunt huius ſuprema encomia gentis,
Atque vehunt laudes per cœli ſidera magni,
Quo pacto atque illis iam Scandinauia tota
Victa fuit, totoque etiam ſub Marte repreſſa,
Quà Occaſus nigret, quà Oriens reſplendet vbique
Condidit hæc verò numeroſas Natio Gentes,
Nationis glorioſæ diſtributio, ante Chriſti natiuitatẽ, 1460. *Vt plantas terræ multo ſplendore nouellas;*
Geſtarum rerum fructus peperere ſupremos;
Apponam breuiter quot pignora protulit alta,
Ante ipſum Chriſtum per terræ compita Natum;
Vithichindus Vagriẽſis, de germania, lib. 2. cap. 3. *Iam ſub mille annos, quattercentumque viciſsim*
Et ſexginta, ſub lapſo tempore toto;
Hoc Vithichindus, librorum iure recenſet,
Tẽpore Otthonielis, diſtributio fuit Nationis glorioſæ. *Atteſtatur enim verum de tempore curſum;*
Extitit hæc dicens, Felici Natio ſeclo,
Otthoniel Iudex cùm rerum iura mouebat,

Tem-

Tempore qui Ioſue, legum moderator vbique,
Reſplenduit Hebræis, qui iam correxerant Orbem;
Hebraicæ & legis vires, robur'que retorſit,
Nondum Iudæi Regem tenuere pollentem,
Hæc diffuſa fuit cæleſtis Natio linguæ;
Ramoſ'que extendit mundi per culmina magni
Illuſtris tantos produxit gentis honores,
Ex vna veluti conſurgant arbore rami,
Frondibus eximijs nimium florentibus omnes.

EXTENSIO NATIONIS Glorioſæ.

Natio Glorioſa extẽditur in Septuaginta generationes.

INſulani, Sarmati, Vandali, Venedi, Anti, Verli, Eruli, Alani, Hyri, Scirij, Maſſagetti, Kizini, Redari, Rugiani, Pomerani, Vulzi, Tolenzi, Obrotij, Murlini, Zerapini, Scandaui, Riaduri, Vuarnaui, Polabi, Lingoni, Vagiri, Stoderani, Sirbi, Emincleni, Dacij, Seudi, Fæni, Finij, Pruſi, Circipani, Vuilini, Burgundioni, Gotti, Oſtrogothi, Viſigothi, Cetti, Gepidi, Marchomani, Brizani, Lebuſij, Quadi, Auari, Peucini, Sleſij, Baſtarni, Roſolani, Luſaci, Ruſsij, Sorabidi (SLAVI, ideſt Glorioſi) Moſchouiti, Hũgari, Poloni, Bohemij, Bulgari, Raſij, Serbi, Sartij, Croatti, Boſneſi,

Iſtriaci, Albani, Dalmati, Patarini, & Raguſini.

HOC atteſtatur docto Dubrauius ore,
Latè deſcribens præclara Bohemica facta,
Et Paulus pariter, doctusque Diaconus ipſe,
Septuaginta alijs hæc, nam generatio conſtat,
Occaſique petunt fines tum limite longo,
Omnia percomplent felici nomine cunctæ,
Magna hæc progenies nata ceu ex Arbore opaca,
Se in totum extendit protenſis gentibus Orbem;
Magnanimi cuncti robuſti pectore ſubſunt,
Hoc & Auentinus felici munere narrat,
Saxoniæ vt ſcribit tandem proſperrima prata,
Saxo & Grammaticus, Petrus Suffridus & ingens,
Imperia inuaſiſſe inquit, ſimul inclyta Regna,
Saxonia, his ceſſit Turingia, Gallia magna;
Atque etiam multo felix Germania campo;
Vt Merlus ſcribit præclaro dogmote clarus,
Vmbria ex his ceſsit, ſimul atque Britannia clara,
Atque Aquilanus ager, poſtrema Salandria & alta,
Et toto pelago felix Holandria ſemper,
Hæc docet Euſebius, magnusque ſabellicus ipſe,
Eutropius pariter doctrinæ flumine ſummus;
Gotti autem, multis Bellorum ingentibus Armis,
Totã Aſiam ſumpſere quidem, & Loræcanica Regna,
Et Mare dum terras populorum robore claras,

Ioannes Dubrauius de Bohe-mia, lib. 1. cap. 17.
Paulus Diaconus, de Bohemia, lib. 1. cap. 16.

Ioannes Auentinus, de Saxonia, lib. 3. c. 6.
Grammaticus de Saxonia, lib. 1. cap. 4.
Merlus de gallia, lib. 1. cap. 7.
Euſeb. lib. 7.
Sabellicus, lib. 8.
Eutropius de Saxonia, lib. 2. c. 3.
Getti ſumpſere, Aſiã, Macedoniã, Græciã, Thraciã, & Panoniam.

Threcium Imperium, ceſsit Pannonia, & illis;
Bellica gens etiam cuncti ſe ſubdidit omnem,
Et plures alij non his, vel Marte minores,
Cum plauſu ingenti, magno Martiſque rigore,
Horum tota fuit diſtincta potentia in Orbe,
Æternam vt famam ſeruarent vndique adeptam,
Et Ptolemæus ait, magnuſque Dubrauius ipſe,
Et Vagrienſis item, Hiſtoriæ mandauit amænæ;
Sciros, atque Hirros, validis regionibus altos
Illyricæ linguæ totum ſe extendere in Orbem;
Ducere principium, à ſumma claráque palude,
Quæ gens, & rerum celebris ſermone Mæolis;
Vſque ad Viſtulle Occaſum, ſub Martæ potentem
Bellorum hanc armis terræ vicere valentem,
Et varijs etiam Regnis, ingentia prata;
Sarmaticos Campos, Boreas quà frigidus eflat;
Oceani & magni fluctus, ſpumantiáque antra,
Sarmatici Neptuni, etiam vaga ingera ponti;
Vſque ad ſupremas Auſtratis nominis arces
Ingit de his gentibus altis, Hiſpanuſque Mela;
Caſpio ab ingenti pelago, conſcendere cunctos
Vſque ad Saxoniam terram, Campoſque virentes;
Et mare viciſſe omnino hos Adriaticum vbique;
His ſubiecta fuit totis Germania Campis;
Totum nam ſemper penetrarunt fortiter Orbem,
Imperia, & ſumpſere ſibi quoque Regna ſuprema;
Horum vt per terras æternum viueret ingens

Dubrauius de Sarmatia, lib. 3. cap. 3. Vagrienſis Bonifacl°, Ptolemæus de Sarmatia, lib. 2. cap. 7.

Sarmati extendunt ſe à Mari Caſpio, vſque ad Saxoniã, & ab Adriatico, vſque ad Germaniam. Pomponius Mela de Sarmatia, lib. 2. cap. 8.

No-

Nomen & æſterno ſtudio quoquæ geſta manerent;
Nauderus verò terram hanc deſcribit vt omnem

Nauderus de geneal. Illyrica, lib. 1. c. 7.
Sarmati ſumpſere Mediã, Scitiã, Perſiã, & totũ Græcũ Imperiũ

Illyricam gentemq́ue ſuo quoque dogmata ſcribit,
Sarmatiæ vt pergit magnas vireſq́ue, viroſq́ue;
Teſtatur ſibi Regna quidem aſſumpſiſſe potenter,
Media & hinc Scitia, & ſupremo Perſia Marte;
Danubium tranſiſſe refert ſuperaſſe, vel omne
Imperium & Græcum validis ſumpſere lacertis,
Et veluti toto ſe extendunt puluere in Orbe,

Rinaldus lib. 1. ſuæ Ch unicæ.
Suffridus de Sarmatia, lib. 1. cap. 2.

Et vario viguere omnes ſub nomine ſemper,
Et totum penitus complerunt fortius Orbem.
Rinaldus pariter, docto ſermone Britannus,
De Illyricis memorat nimium vehementia geſta;
Hiſtoricus verò Suffridus ſcribit id omne,
Sarmaticos populos magnas ſtruxiſſe cohortes;

Sarmati Angliã, atque Siciliã ſumpſere.

Ratibus biſcentũ validis mundũ penetraſſe per Orbẽ,
Anglica ſumpſiſſe ingenti quoque robore Regna;

Procopius Cæſar. geneal lib. 1.

Siciliam ipſam ſub vaſto pondere Belli,
Illyricis donaſſe quidem populiſq́ue viriſq́ue;

Dalmatia tota fuit aſſumpta à Sarmatis, anno Dñi 548.

Procopius verò Illyricum Genus omne potenſq́ue
Dalmatiam ſcribit multo ſumpſiſſe lacerto;
Threcios populoſq́ue armis ſuperaſſe ſupremis;

Sabellicus Venet⁹ ſuæ Chronicæ, lib. 2.

Et Macedum gentem, Bello preſſiſſe ſuperbo;
Prorſus idem ſcribit ſimul atque Sabellicus ingens,
Narentis Venetos, vectigal tum dare magnum;

Veneti tributũ Narẽtanis perſoluent.

Gentibus his nimium toto ſimul Orbe ſupremis,
Scribit item Monachus doctis Antonius actis;

Antonius Monachus lib. 4. c. 9.

Gal-

Gallorum populos miſeros toleraſſe labores,
Bellaq́ue terribili ſemper tenuiſſe furore
Illyricæ gentis preſſos Mauorte ſupremo;
Natio vt hæc illos validis ſuperauerit armis,
Cladibus & multis etiam detriuerit illos;
Quos ſæpè amiſsi Regni ignominia preſsit,
Contudit & toto Mauortis copia Bello,
Illorum terras nam poſſedere vel omnes,
Regna ſimul gentesq́ue ſimul fudere potenter;
Inq́ue illos cædes ſub multa clade dederunt,
Atque redegerunt omnes in tempore dura;
Siluius Æneas, lib.1. cap.2. *Siluius Æneas dicit tenuiſse Corinthi,*
Antiquum & primum Regnum, populumq́ue ſubactũ,
Et magni mundi maiores vincere partes,
Carolus Vagrenſis, lib.4.cap.1 *Et Vagrenſis ait, poſtremam acriterq́ue ruinam;*
Gallorum gentisq́ue feræ, populiq́ue ſuperbi,
Illyricos ſtatuiſſe quidem Mauorte feroces;
Sorabidi Galliã totã aſſumpſere & multos anos eam tenuere. *Caroli vt extabant felicia tempora magni,*
Natio Sorabidi tanta virtute valebat,
Et tantis armis fortiſsima ſubſtitit omnis,
Vinceret vt Bello cunctorum funditus arma;
Carolus Magn' Bellum faciẽs cum Natione glorioſa, de ſuo exercitu, perdidit triginta millia. *Atque illis fuerit ſemper victoria certa;*
Triginta cecidere quidem, tunc millia demum;
Gallorum periere Duces, periere virq́iue,
Nobilitate graues, ſummis armiſque potentes,
Carolus at Magnus Bellum commouerat ingens,
Cum valido Illyrico populo, Regioneq́ue ſumma;

Illy-

Illyricorum gladijs gentes amiſit vbique,
Atque acies vidit ſparſas pariter que fugatas,
Subuerſas prorſus, multo quoque ſanguine cinctas,
Et nihil ad vitam ſecum ſeruauit in illis,
Sicut Auentinus docto ſermone fatetur;
Saxoniam & totam nimium ſuperaſſe potenter;
Carolus & Magnus cùm Bellum vidit iniquum,
Quinquaginta autem amiſit, tunc millia tandem;
De populo multo, multiſque cohortibus, ipſe
Manſit deſertus totis exercitus armis,
Perdita gens obijt Martis, mortiſque ſagittis,
In cunctos arſit Belli furioſa poteſtas,
Atque horrenda manus Martis, ferrique lacertis,
Quo facto motus geſtiſque ingentibus actus,
Iurauit deinceps, verbis firmauit & ipſis,
Amplius haud tandem Bellum ſe inducere in illos;
Natio quos ſecum ducit celeberrima tanta,
Cùm ſit tam fortis, tantis quoque viribus ingens,
Vt Leo terribilis ſub duris vnguibus atrox;
Cùmque horum cunctos peruincat maximus horror,
Et cunctos ſuperet validis exercitus armis;
Et nullum non Marte domet, non ſubiuget armis,
Riccius & Michaël teſtamen in ſcripta reliquit,
Geſta horum, toto ſemper celeberrima mundo,
Et teſtatur idem libris Irenicus ingens,
Nempè hos Hiſpanos gentes ſuperaſſe pollentes;
Et domuiſſe armis Marte, & fregiſſe ſuperbo,

Auentinus de Saxonia lib 4.c.2.

Carolus Magnus, aliam vicem faciēs Bellum cū Natione glorioſa de ſuo exercitu quinquaginta millia perdidit.

Carolus Magnus iurat amplius non facere Bellum cū iſta Natione, ſic fortuita.

Michael Riccius, de geneologia Hiſpan. lib. 6. cap. 1.

Viſigothi Hiſp. ſumpſere, & 13. annos eam tenuere.

Ingentes populos nimium vehementer Ibernum,
Glorifica hæc viro peruicit Natio mundum,
Qui Viſigothi, ſtudijſque armiſque fuere,
Hiſpanas tenuere arces ſub tempore multo;
Atque Orbis magni iam poſſediſſe fauores,

Illyric quãdo ſũpſerunt Hiſpan. ob nimiũ amorẽ voluerũt ſe Hiſpanos vocare, & con fratres ipſorũ nominare.

Imperia atque Orbis tenuerunt ſubdita cuncta,
Nempè decem pariterque tribus feliciter annos;
Horum animus fuerat ſemper fortiſsimus omnis,
Et validum robur ſuprema potentia tota;
Impoſuere ſibi tandem noua Nomina cuncti
Hiſpani ſocios Regni ſeſe indè vocarunt,
Et quaſi confratres fraterno pectore iunctos;

Procopius lib 1. Guido lib. 2. Aretinus lib. 1. Blondus lib. 1. c 8 Gotti bis Romã ſũpſere, & Imperiũ tenuere per multos annos

Procopius Græcus pariter quoque Guido Rauennas,
Et Leonardus item libris, Aretinus & altus;
Et Blondus pariter magnuſque Sabellicus ipſe,
Romani Imperij Sedes vireſque ſupremas,
Romam ipſam fuerat, quæ totis inclyta terris,
Euerſam à Gottis facili ſermone fatentur,
Subdita per terras pariter Capitolina ſumma,
Atque Quirinalem montem ſub Marte ruiſſe;
Prorſus Auentinum tantam ſenſiſſe ruinam,
Atque ipſam Romam oppreſſam penituſque fugatam;
Et bis deijectam terræ per iugera cuncta,
Illyricus populus dum cunctam inuaſerat armis;
Et totam ſtatuit fundum dimmittere in imun,
Atque vrbem mundi ferro vaſtauit & igne;
Et duris Bellis tanta vrbs decrita furenter,

Con-

Concidit & fuſo proſtrauit vertice ſe ipſam;
Nam nequit Belli tantos tolerare furores,
Illyricus miles, dum tantis horruit armis;
Oſtrogothi autem tanta regione ſuborti;
Per terræ Imperium ceſſarunt currere nunquam,
Inuaſere omnes armis ingentibus acres
Romanum Imperium telis vicere ſupremis,
Quando Otthogarus magnus regnabat in illis,
Legibus atque armis totum firmauerat Orbem
Quindecim & ipſe annos, totam poſsiderat ipſe
Italiam, multo ſemper Mauorte repreſſam:
Horum animus fuerat palmis validiſsimus altis,
Atque triumphanti ſemper viguere fauore,
Et titulis grauibus, ſecum ſumpſere triumphos;
Preſertim quando Martis mouere lacertos,
Et terræ duxere manus ſuprema per arma;
Gaguinus verò cuncta hæc quoque prodidit alta,
Et maiora quidem de tanta Gente reponit,
Illyricos populos prima ſub ſede locauit;
Laudibus egregijs nimium ſimul extulit illos;
Illyrico & debent populo, quo vtuntur honorem,
Naſo etiam ſe horum ſcripſit quoque laudibus altis,
Et de horum grauitate quidem, geſtiſque ſupremis,
Quos ad ſupremum tunc detulit ipſe Senatum,
Tunc veluti egregios tota ac virtute micantes,
Carminibus varijs, varij ſine limite Vates,
Horum cantarunt vires validoſque triumphos,

Oſtrogothi ſumpſere Imperiũ Romanũ, & Italiam, tenuereque 15. annos.

Gaguinus de Sarmatia, lib. 1. cap. 2.

Ouidius Naſo, lib. 1. Maximus de Illyrica Natione, lib 2. c. 3. Ouidius ad Imperatorẽ Auguſtũ ſcripſit in laude Nationis Illyricæ

Ingenium & mores geſtorum & grandia facta;
Permanſere quibus totum ſuper Æthera ſummi,
Et quaſi calcarunt cœli ſublimia tecta,
Glorificum & ſumpſere quidem iam denique Nomen;
Nominis & voces per cœli ſidera ponunt,
Et ſe conſtituunt rerum per culmina magnos,
Natio nulla quidem tanto eſt celeberrima iure,
Laudibus & tantis nulla eſt euecta ſupernè,
Nec fuit, & nec erit, nam non eſt fortè futura,
Huic ſimilis quæ tota ſuo ſtat Nomine felix,
Atque ſuis geſtis, totum ſimul occupat Orbem,
Cunctarum excedit regionum robora firma;
Et cunctos homines propria virtute ſubegit;
Huius nam terræ iam magnificentia tantæ
Non habet æqualem, nulli eſt vel fortè Secunda,
Prima tenet ſemper nimium loca prorſus in Orbe,
Et ſe maiorem vel nullum denique neſcit,
Et nunquam ſuperatur enim vel amore, vel armis,
Omnibus & rebus prima eſt, & prima vocatur.

CARMINA OVIDII IN LAVde Nationis Illyricæ.

Maggior dell' human ſeme ò Roma,
Non cura te, che ſei bella el' Arme
Delle ſquadre d' Auſonia ella non teme,
Che la fan Glorioſa archi, è faretre:
Sta l' Antica Cita' vicina al fiume

Dell' Iſtro è cha, due nomi è l' ſito el' muro,
Dilei da ſtrada d' ariuarui à pena,
Caſpio Egiſsio(ſe purdi ſe ſi crede
Achi di ſe ragiona) edificolla,
Et diede all' opra dell' ſuo nome, il nome,
Queſta impuga improuiſa al' fiero Getta,
Preſe vintigli odriſi, & alzò contra
Illyrica gente con minacioſe l' armi,
I Cauaglieri è ſquadre praion' crudi lupi,
Di vipereo velen bagniata tutta è tinta,
Vanno in torno alle tua ſmarite mura;
E perche hanno imparato à tolerare,
Da' i ſodi ferri mai ſi mouon l' armi,
Con fame è ſete è 'l ſuo Nemico in lei ſeguendo,
Non trouera giamai fiume ne fonte;
O che Nome Glorioſo porta ſeco Illyrica Natione,
Che ſe agira ſempre al' piu fort' ouille;
Vedi tu' ſteſſa ben come il Bifolco,
Butta le ſpiumma d' intorno per impaurirti,
Feroce vien con Carri onuſtri guidi,
Seura l' aque del' Iſtro tu' vedrai preſto,
L' aduneo ferro il velen poſtro è due,
Cagion di Marte hauer vn' arma forte;
Diſtugeran' le tue ſmarita muri,
Laſige el terror Tauurico ſuperbo,
Spargendo il ſangue di te per abaſſarti,
Gente Glorioſa in Bello al' gel s' indura.

CARMINA AVCTORIS ROſæ, in laudē Nationis Glorioſæ.

SI quid magnificum terrarum continet Orbis,
Illyricus campus hec ſibi ſemper habet;
Terrarum mundi tota Illuſtriſsima perſtat
Terra hæc Illyricis iam celebrata locis:
Eſt agris ſublimis enim, & fœcunda ſupremis;
Eſt rerum pariter condecorata modis,
Hic virtutis opis ſublimi nomine claret;
Dum claros ſemper procreat ipſa viros,
Mauortis ſuprema manus ſubſiſtit in illa,
Qua ſuperant Mundi, vel iuga cuncta nimis,
Illuſtres ciues terrarum gloria tollit;
Quos & per cœli ſidera fama vehit,
Hos regimen rerum nimium cognouerat omnes,
Hos laudum celebris vox quoque magna ſonat;
Eſt his naturæ ſemper ſuprema poteſtas,
Eſt rerum pariter gloria magna ſimul;
Natio non maior, non gens præſtantior vlla eſt,
Eſt vt per terras Illyricus populus
Naturæ vires firmo ſub corpore ſeruant,
Fortunæ robur Bella per alta tenent,
Semper habent etenim quicquid ſublime pateſcit;
Et quicquid magnis eſt vbicunque bonis,
Cœli temperies toto eſt puriſsima ſenſu,

Terræ fertilitas maxima tota ſubeſt,
Inque viris cunctis clareſcunt ſemper honores,
In geſtis horum fama, decuſque viget,
His Romanus honos, his virtus Parthica ſubſtat;
His Scythicum robur vel ſine lite micat;
Clarorum cunctos celebrat fortuna virorum,
Clari ſunt magnis vndique Principibus,
Hæc tellus ſuprema Duces produxerat altos,
Hæc atque eximios ſemper vbique factis,
Semper habent quoniam Nobilitatis opus,
Gloria geſtorum deducit in Æthera cunctos,
Viribus egregijs inclyta cuncta gerunt;
Namque ſuum Nomen totum ſparſere per Orbem,
Cuius vel Dominos ſe ſtatuere ſimul:
Si quid Roma tulit, magnis virtutibus ingens,
Hoc ingens referunt funditus Illyrici;
Si quid iam fuerat totum ſublime per Orbem,
Hoc ſublime tenet Natio clara ſibi;
Gloria & hanc celebrat ſemper clariſsima gentem
Attollit cunctam laus quoque magna ſimul,
Bellica nam virtus tota eſt celeberrima cunctis;
Omnia nam ſuperant inclyta Marte graues,
Natio & hæc ſupereſt toti mirabilis Orbi,
Quæcunque efficiunt vndique mira patent,
Herculeis geſtis floreſcunt vndique cuncti,
Nam virtus illos extulit Herculea:
Quid de progenie potero iam dicere tanta?

Quam

Quam nullus ſuperare poteſt per prælia Mauortæ,
Vincere nemo audet, vel non extollere nemo,
Nam ſeſe extollunt nimium ſuper omnia cuncti;
Et ſi Romani, vt vicerunt prælia Græca,
Et de cunctorum populis ſumpſere triumphos?
Si Rex magnanimus Cyrus toto inclytus Orbe,
Armiſque eximius Martis virtutibus ingens,
Se iam immortalem geſtorum fecit honore?
Magnus Alexander, ſi nomen ſumpſerat ingens,
Geſtarum rerum ſublimi gloria & Arte?
Illyrica Natio, meritò vocatur, Gens glorioſa.
Cur non maiori poterit ſub pondere rerum
Illyrica hæc tantum deſumere Natio NOMEN?
Cùm cunctas ſuperet gentes populoſque ſuperbos,
Hæc quoniam quondam felici Natio caſu
Gallica poſſedit ſub multo robore Regna;
Italicas quoque ſumpſit opes genteſque ſubegit;
Atque Hiſpanorum terras poſſedit amœnas,
Pannoniam magnam, & Thracum validiſsima prata,
Et totam Miſiam ſub toto Marte potentem;
Ex quo Oriens fulgens, Occaſum reſpicit ipſum,
Huic veluti totus iam mundus ſubditus eſſet,
Et toto pariter nimium dominetur in illo;
Reſpicite hinc animi virtutem denique ſumma,
Vireſque ingentes, & ſummo pectora Marte,
Natio glorioſa Triũphũ tenet, de Exercitu Alexandri Magni.
Hæc & Alexandrum Magnum, iam inuaſerat armis;
Pugnauitque pariter contra immenſaſque Cohortes;
Et cunctas vincit validis ſuperauit & armis,

Atque fugauit eum totum ſibi ſubdidit illum,
Carolus & Magnus cunctis quoque ceſſerat ipſis;
Horruit & tantas terræ vireſque manuſque,
Et timuit mortem cunctorum Marte furentem,
Quos vidit ſub Marte ferè ſub morte valentes,
Omnibus & rebus nimium florere vel omnes;
Regibus & de alijs nil ſanè denique dicam,
De Imperijs alijs, alijſque potentibus armis,
Cuncta hæc prætereant, iam noſtra ſilentia tandem,
Dicere namque nequit tãta hæc nulla vndique lingua,
Et nullus ſermo tantos dabit inde triumphos;
Pompeij gentem validam, totaſque Cohortes,
Sub gladio forti, & ſemper ſub viribus amplis
Euertit, fuditque ſimul, nimiumque repreſsit,
Hæc igitur meritò Nomen ſibi debet habere
Gloria quod conflat cum quo quoque gloria claret,
Gloria & ingentes cunctos effecit vbique;
Æternum & poſſunt ſecum deducere Nomen,
Neſciet hoc mortem, nam neſciet omne perire,
Si Illyricæ linguæ Hiſtoriæ narrare valerent,
Atque à principio ſcripſiſſent grandia geſta,
Ingentes libros quoque magna volumina ſemper,
Iam confeciſſent mundo quoque geſta dediſſent,
Inclytaque cuncti toto ſub corde ſtuperent,
Et mirarentur tanquam diuina per Orbem
Prodigijs maiora eſſent vel funditus ipſa,
Et mirabilibus florerent vndique rebus,

Natio glorioſa, de Exercitu Caroli Magni Triumphum habuit.

Natio glorioſa Triũphum, & victoriam, de exercitu Pompei habuit, & ipſũ occidit.

Im-

Immortale decus monſtrarent ſemper vbique,
Quo gens Illyrica aſsiduo ſub Marte probatur,
Et quo ſplendeſcit terras claretque per omnes
Hæc inter verò tantum modò pono minora,
De numero & magno paruum modò ſcribere tento,
Nam mihi deficient ſub toto tempore linguæ,
Non erit ipſa ſatis, vox iam mihi maxima nulla,
Gloria tanta etenim me cogit ſola tacere,
Atque referre pedem aggredior dum dicere tanta,
Et ſicut tetigi minimum de gente potente,
Dicere quam poterit vel nullus carmine Vates:
Tranſeo nunc verò ad præſtantia geſta Recentum,
Quæ Romanorum clariſsima Nomina vincunt,
Maiorumque hominum validiſsima pectora ſubdunt;
Sed res mira quidem Illyricæ linguæ accidit olim,
Pontifice à ſummo cùm tandem expoſceret ipſa,
Vt ſacrum officium linguæ ſub voce fuiſſet,
Ipſe & perplexus ſub tanto iure maneret,
Angelicam vocem iam Conſiſtorio in ipſo
Audijt, vt patulo dicebat denique ſenſu,
Profers verba iſta, & claro præbe Angele labro,
Spiritus hic Dominum laudet iucundius omnis,
Linguæ omnis pariter iam confiteatur & ipſum;
Vtque voluntatem perſenſerat ipſe Tonantis,
Conceſsit ſacram cunctis iam dicere Miſſam
Communi lingua, qua vtuntur denique cuncti,
Atque ſono Illyrico cœli ſacra cuncta feruntur,

Maurus Orbini ſuæ Chrunicæ; lib. 1. Miraculum Romæ, dũ in Cõciſtorio Cardinaliũ ante & Pontificẽ, Angel⁹ clara voce dixit. Põtifex audiens volũtatem Dei, Nationis Glorioſæ, cõceſsit Sacrũ, & totũ officiũ Diuinũ dicere in lingua ſua Illyrica.

Atque characteres geminos hæc Natio ſeruat,
Vt ſcribat, quoque verba notet ſacra, proferat ipſa
Natio, de quo alia immenſo eſt compreſſa ſtupore,
Cuncti & mirantur, tanquam miracula cœli;
Inuentor Primus Doctor Cyrillus habetur,
A cunctis verò nunc Chiuryliza vocatur;
Hieronymum Eximium Doctorem Eccleſia ſeruat,
Cuius honore micat, cuius quoque nomine viuit;
Et cuius diuina illam ſapientiam adornat,
Hic etiam inuẽtor fuerat, iam Authorq́ue Secundus,
Ipſe characteris, Bucuiza vocatur & iſta;
Gratiam & hanc retinet iam tandem Natio nulla,
Et gens nulla quidem tanto lætatur honore;
Sunt etenim cœli geminæ hi ſine fine columnæ,
Fulcitur quibus omne decus cœleſte ſuperne;
Natio & Illyrica his gaudet vehementius omnis;
Hos generauit enim, donis produxit & altis,
Et veluti gemmas pretio dedit ipſa nitentes;
Iam totus quibus orbis habet cœleſtia dona,
Et duo ſupremi ſemper quaſi pignora cœli:
Illyricæ linguæ nolo decus omne referre,
Nec ſi fortè velim, verborum pondere poſſem,
Longum interuallum debent obſumere ſemper
Temporis atque moras nimium producere longas,
Si auderem tentare quidem tot dicere magna,
Quæ nemo dicet, poterit cognoſcere nemo:

Doctor Cyrillus, Inuentor primus Illyrici characteris, vocaturq́; Chiurliza.

Sanctus Hieronymus, ſecundus Inuentor Illyrici characteris, vocaturq́ue Buchuiza.

DE DALMATIA, SERVIA, & Raſsia.

DAlmaticos Reges tantùm nsarare ſtudebo,
Seruiæ & ingentes æterno nomine gentes,
Raſsiæ & indè Duces virtutum lumine claros,
Boſnæ Argentinæ, multo Mauorte ſuperbos,
Principibus mixtos, Rectores vndique mundi
Vocibus hos populos per cœlos fama reponit;
Æterneſque facit, claroſque potentibus Armis,
Hæc etenim Imperia, hæc Regna excelſiſsima cuncta,
Propter ſæua hominum iam tandem crimina multa,
Turcarum Princeps validis ſibi continet Armis,
Poſsidet & tantas Regnorum denique ſedes,
Solùm nunc dicam, ſi ſaltem dicere poſſum,
Sub quanta virtute quidem Gens ſplendeat omnis,
Et quas virtutes teneat quoque Natio tota,
Otia nulla illam frangunt, non deprimit horror,
Semper amant, quærunt que ſimul, cupiunt q; laborem,
Bellica perquirunt ſupremis viribus arma,
Arma vocat, ſimul arma mouēt, nimiè arma repoſcūt;
Et niſi ſub Belliss nequeunt ſibi viuere duris;
Obſequium Domino facili ſub pectore præbent.
Eſt Gens hæc ſimplex, ſed magni roboris ipſa,
Contemnit vitia, & rerum diſcrimina ſpernit;
In Bellis fuit ipſa potens, remanet que ſuperbè,

Vt Leo contemnit dura aduerſaria tela;
Et nihil facit ipſe necem, diramq́ue trucemq́ue,
Sic ſe proponit ſub duris caſibus arcem:
Eſt & ſupremis euentibus vndique clara;
Doctores retinet, Magnos, Comiteſq́ue, Duceſq́ue,
Imperio Egregios, ſceptris Regniſq́ue potentes;
Eximios Dominos, quibus florentibus arces;
Hos proprio narrare quidem nunc ordine nolo,
Poſcere nam tandem longiſsima tempora poſsim,
Omnia ſed ſolita nunc ſub breuitate relinquam:
Dalmatiæ Reges, & quos vicinia noſcit,
Egregios animo, forti quoque pectore ſummos,
Raguſij quos aula tenet, decoratq́ue potenter;
Aſcribam ſancto qui ſubſunt iure fideles,
Et Fidei columen toto ſub pectore ducunt
Huius Diuinæ Regionis ab Arbore Nati;
Seruia quos peperit, quos Raſsia prodidit alta;
Boſna Argentina excelſo quoque nomine ponit,
Hoc meditamur enim, quos verò denique fructus
Illyricus campus, quos tandem protulit alta
Sub virtute Viros Bellorum gloria & acres,
Illyrica eſt quoniam ſub Bellis Natio felix:

CREATIO SVM. PONTIF.
Nationis Glorioſæ.

283 Caius Salonitanus, Dalmata.
402 Innocentius, Albanus.
638 Ioannes IV. Dalmata

CORONATIO REGVM
Dalmatiæ, Seruiæ, & Raſsiæ.

886 Suetopelek.
894 Suetoliko.
914 Tomislauu.
937 Sebeslauu.
947 Vuladimir.
950 Rasbiuoi.
960 Caramir.
965 Tuardislauu.
970 Tolimir.
987 Pribislauu.
990 Crepemir.
1010 Suetorad.
1015 Radoslauu.
1025 Ciaslauu.
1040 Paulimiro.
1046 Tieſcimir.

1050	Prælemir.
1060	Silueſter.
1065	Tugemir.
1070	Hualimir.
1071	Prætislauu.
1084	Vuladimir.
1085	Draghimir.
1092	Dobrislauu.
1095	Michaglia.
1098	Radoslauu.
1115	Bodino.
1116	Dobroslauu.
1120	Vuladimir.
1130	Giorgius.
1142	Grubeſcia.
1145	Dragihna.
1161	Radoslauu.

De Boſna verò argentina.

1376	Tuartko.
1391	Dabiſcia.
1415	Oſtoia.
1422	Stephanus.
1435	Tuartko.
1443	Thomas.
1474	Stephanus.

HOC mirum fuerit ſub paruo tempore Reges
In capite excelſam ſecum geſtaſſe Coronam,
Et ſceptrum egregium demum Regale tuliſſe;
Illos nam ſemper retinent ingentia Bella,
Cùm propria natura ipſi ſint corde feroces;
Natio & hæc ſequitur veſtigia clara Virorum
Maiorum, quos prima omnes ætate ſequuntur,
Tentarunque Armis gentes ſuperare propinquas;
Maurus Orbini teſtatur & omnia libris
Hiſtoriæ magnæ Illyricos qua ſcripſerat arces,
Ac ſi eſſent nati præſtantia prælia ad ipſa,
Contra ipſos hoſtes ſurgunt vehementibus armis,
Illorum vt nimium ſemper ſic fama, maneret,
Et quia Bellorum ceſſabat denique cauſa,
Inter ſe telis pugnabant inde cruentis,
Seſe vexabant, in ſe ſua tela mouebant,
Atque ideò paruo regnabant tempore cuncti;
Tandem aſper demon, qui eſt terris beſtia dira,
Inuentor fuit ipſe mali, magnæque ruinæ
Seminat in cunctos diræ zizania mortis
Inuidiamque atram, & cauſam quoq; mortis acerbæ
Prouocat & cunctos ſpargatur vt vndique ſanguis,
Atque illo nimium iam ſemper terra madeſcat,
Atque odijs nimijs ferueſcat concita tellus,
Tempore & aſsiduo Reges ſic Marte peribant;
Conſtantinopolim & quando deſumere Turcis
Imperij Princeps voluit quoque demere, & illis

Maurus Orbini, ſuæ chrunicæ, lib. 1.

Hæc

Hæc & tentauit ſibi iam ſubuertere Regna,
Accipere ipſa ſibi, populos quoque ſumere cunctos
Sic hoc expoſcit, ſic & ſuſceperat audax,
Prolapſo id fecit tandem ſub tempore cuncto,
Ob'que hominum peccata quidem Deus obtulit illi,
Et Gentem, & Vrbem, veluti nunc poſſidet omnes,
Atque bonam terram fœcundis vndique glebis
Fructiferam'que ſimul ſub læto corde recepit,
Et quicquid ſibi terra creat, creat iſta'que terra,
Diuitijs ſemper tantis opulenta ſupremis,
Præſertim varijs ſemper ſcatet illa Metallis,
Omnia nunc Turcæ crudeli pectore ſeruant:

Princeps Turcarũ, Cõſtantinopolim, omnia iſta Regna deſumit.

DE BOSNA ARGENTINA.

Boſna Argentina eſt plena Metallis.

PRæcipuè & Regnum Boſnæ ſeruantq; tenentq;
De quo theſauros ingentes denique ducunt
Turcæ, & ſub multo diteſcunt munere rerum,
Et trahitur verò cunctos hæc gaza per Annos;

Theſaurum Principis Conſtantinopolim, ibi manet

Quoq; die Argentum, & fuluum quoq; ducitur Aurũ,
Alijs pariter gaudent ſine lite metallis,
Hac ratione etiam Boſna Argentina vocatur,
Eſt quoniam ſemper cunctis opulentior vna,
Nomen habetque ſuum Argento iam ſemper ab ipſo;

Boſna Argẽtina dicitur ab Argẽto, vbi in ea quotidie effoditur. Reges iſti propter Bella continua omnes perierunt.

Argentum effoditur nimium, nam ſemper in illa
Eſt tellus iucunda quidem, bona, proſpera, felix,
Argentumque illi donauit nomen amœnum,
Hæc bona cuncta quidem amiſerunt denique Reges
Illi, vt ſe Bellis tentarunt perdere duris,
Sæpius in terra claram poſuere Coronam,
In cinerem effuſam, conſperſam puluere & omnem;
A ſummo ſtat namque Deo iam tota poteſtas,
A quo dimanat ſuprema potentia rerum;

Rom. 15. c.

Quæ ſunt à Domino, dicit Propheta, sũt ordine cũcta,
Vel ſine fine quidem ſic procendentia ſemper,
Prouidus atque etiam ſic ſemper cuncta gubernat,
Cuncta regit quoq; cũcta mouet, quoq; cũcta miniſtrat;
Atque ſuum fructum, terram producere cunctam,

Prin-

Principioq́ue ſuo quoque prima ab origine Mundi,
A ſummo verò Authore fuere creata; Gen. 1.
Et ſic ad finem durabunt omnia totum,
Donec vel mundus iam conſumetur vbique;
De Illyrica lingua, quæ ſit iam Natio tanta,
Diximus, & multo dedimus ſermone peracta,
Et quòd naſcantur de tanta hic Arbore gentes,
Ac de Dalmatiæ Campis loca ſcripſimus ipſa;
Prodigia haud taceo, celebriſq́ue Boſna peregit,
Virginis vt Mariæ virtus ſplendeſcit in illa;
Omnibus hoc Annis ſub certo iure pateſcunt
Prodigia, & ſigna, vt magna Miracula cauſis
Eius, dum feſtum celebratur nobile & ingens,
Sub menſe Auguſti, in cœlis cùm aſſumitur ipſa,
Corpora quæ dæmon victricibus obſidet armis,
Dum magno cruciantur ibi, validoq́ue dolore,
Angelica alloquitur Regina potentius illa,
Atque illis præbet ſacro ſolamina iure,
Illaq́ue confirmat diuinis gratia donis;
Hæc alijs dicit, proprio quoque promit ab ore,
Ipſam illos morbo tandem diſſoluere at omni,
Ad ſe ſi veniant venturo forſan in Anno,
Atque alijs dicit ſacra vt Baptiſma aſſumant;
Illi cùm aſsiſtunt magni ad celebramina feſti,
Multi qui Fidei viuæ nec lumina norunt,
Quodq́ue eſt mirandum, toto quoque corde ſtupendum
Illi, qui obſeſſi à peruerſo dæmone torpent,

Imago Deiparæ Virginis, in Boſnà Argentina Plumbi, dat gratiã obſeſsis perſingulos Annos, in die Aſſumptionis ſuæ. B. Virgo cũ obſeſsis alloquitur, & eis præſentialiter ſe facit videre

Omnibus inde palàm, clarè quoque voce fatentur,
Præſertim verò Turcarum copia multa,
Fœminei ſexus varij, ſexuſque virilis;
Dum Mariæ ſacra dona vocant deſumere ab illa,
Tunc quæcunq; petunt, precibuſq; & grandibus orãt,
Hanc laudant nimiumque vehunt ſuper æthera laude,

Obſeſsi publicè dicũt Mariã Virginem vidiſſe, & loquti fuiſſe cum ea.

Et Mariam vidiſſe quidem teſtantur vbique,
Prodigium ò ſummum, magnum Miraculũ & ingens,
Turcarum in terris cum ſeſe oſtendit apertè
Virginis hæc Mariæ ſummæ cœleſtis Imago;
Deportata fuit manibus cœleſtibus ipſa,
Et poſita in Plumbi ſupremo culmine Montis;
Franciſci manet illa quidem nunc ſemper in Æde,
Tempore vt hic obſeſsi iam à dæmone diro
Soluantur, teneantq; ſuæ tunc commoda vitæ;
Virgo Dei Mater cunctis communicat, & ſe

Imago Deiparæ ſolemniter in Proceſsione, ad locũ vbi fuit inuẽta, deportatur: die 15. Auguſti

Omnes alloquitur, proprio ſimul ore profatur,
De cœlo veniens, per terras ſe ipſa reponit;
His ſæpè obſeſsis, qui illa venerantur vbique,
Tunc quando tanti iam ſit Proceſsio feſti;
Ponitur inque loco proprio ſub vertice Montis,
Hæc inuẽta vbi nempè fuit qualis cœlitus ipſa;

Imago Genitricis Dei Matris in Eccleſia ſancti Franciſci, Plumbi manet.

Omnibus atque Annis, celebrat Conuentus & illam;
Occurrunt multo feſtique nouitate Fideles;
Concio perficitur Chriſti fortiſsima cœlo,
In conſpectu autem tunc verò gentis iniquæ
Ipſe Deus cunctis aſtat, cunctoſque reflectit:

Sicut Oues humiles aſſiſtunt pectore prono,
Tam Turcæ, quàm alij, qui non ſunt corde Fideles,
Deuoto qui animo conclamant munera cœli;
Præſertim obſeſſi, vt tonitru ſua pectora rumpunt
Voce omni clamant, Genitricemq́; inde precantur,
Auxiliumq́ue petunt, veſtes ſcinduntq́ue vel omnes,
Atque vlulant triſtes, dum ſit Proceſſio feſti,
Funduntur lachrymæ, exiſtunt nimis inde timores,
Dæmonicus ſtridor totoq́ue ſub aëre creſcit;
Tunc Teſtamenti præſens defertur vt Arca
Virginis & Matris cœli, terræq́ue Patronæ,
Omnes hanc laudant, extollunt vocibus illam,
Non narrabo autem, quæ iam Miracula patrant,
Tota quibus teſtatur enim terra illa viciſſim:
Hæc numerare quidem ſermo eſſet longior omnis;
Sunt infinito numero, quæ nempè videntur,
Atque vt ſim breuior, conſultò cuncta relinquam,
His gaudet ſemper Boſna proſperrima tota,
Oppreſſa deh, à Turcis armiſq́ue coacta cruenta:

Dæmones ab obſeſſis corporibus vlulant, exclamãtque ante Arcã Dei.

Boſna Argentina, Imaginem Deiparæ Virginis poſſidet.

DE REPVBLICA RAGVSINA.

Reſpublica Raguſina Crucifixũ miraculoſum habet.

Dixi iam verò de ſancta denique Matre,
Quid tam nunc dicam de ſancto Filio & alto,
Raguſij quo omnis ſemper Reſpublica gaudet;
Prodigia emanant vbi totis inclyta geſtis,
Et toto nimium ſemper celebrantur in orbe;
Eſt etenim tunc Chriſtus ibi Cruce fixus iniqua;
Angeli at hunc toto circunſtant vndique viſu,
Ad latera quotque eius cœleſti corpore ſubſunt:
Raguſij ſic certus honos Eccleſia ſeruat,
Tempore ſub toto à tota quoque gente videntur
In Franciſcano Templo magnoq́ue ſacroq́ue;
Ad Chriſti faciem tunc conuertuntur & ipſi
Ores mira quidem, toto & laudabilis orbe
Thuribuliſque ſuis Chriſti ſacra pectora luſtrant;
Et multo complent Templi ſacra atria ſtupore,
Atque mouentur ipſis ſanctiſsima brachia tollunt,
Quod tunc reſpicere eſt ſub toto tempore mirum;
Tunc lachrymas fundunt, cunctis deuotio creſcit,
Atque hæc Thuribula dicunt feciſſe Iacobum
Diuum, quem genuit Prouincia Marchiæ ſumma
Cum Capiſtrano Franciſci ex agmine ſacro
Hic proprijs manibus compoſuit cœlitus illos;
Concio facta fuit velut ipſius ore Prophetæ,
Atque hæc narrauit cunctis Miracula rerum,

Crucifixus Miraculoſus, & Angeli, in Eccleſia ſancti Franciſci Raguſij Manent.

Angeli cũ ſuis Thuribulis Crucifixum incẽſant.

B. Iacobus dum Raguſio fecit Cõcionẽ, prædixit futuram motionem Angelorum faciẽdam.

Quæ

Quæ Angeli & efficiunt, & toto numine ſeruant,
Dixit namque tempus propria ſub ſorte venire,
Quando recordentur, videant quoque iam fore omnes
Magna Creatoris perſiſtere munera rerum;
Euentus varios tota in tellure viciſsim,
Quando Creaturis volet hic demittere cœlo,
Et facere hic cunctis notum quod tempora mittent,
Vt ſeſe precibus ſuprema tenentibus arment;
Soliciti vt vigilent, & toto corde laborent,
ECCE indignus ego, tanto qui ex Ordine ſubſtam
Conuentus Lector, fratrum ſocijſque ſupremus,
Vidi multoties, proprijs oculiſque notaui
Angeli vt hi tandem formantia Thura mouebant,
Et ſeſe deferre quidem iam per loca ſumma,
Quod niſi cum lachrymis nequaquam dicere poſsim,
Non aliter mea menſque poteſt meditari iſta,
Atque hoc prodigium Ciues cernuntque vel omnes,
Aduenæ & hoc cernunt, qui hic lati tempore ſubſtant;
Angeli vt hæc faciunt, quæ ſunt ſic vndique mira,
Tellus ad illa quidem, quibus eſt ornata potenter,
Et cui eſt conceſſum hoc præclarum, & nobile donum;
Quid verò dicam de ſancto Sabbato & alto?
Quot ſint prodigia, & quot tunc Miracula fiant,
Angeli vt excelſo permoti numine cœli
Gloria in Exceſis cùm profert nempè Sacerdos,
Quando tunc Maiori Altari Hoſtia magna ſacratur
Angeli at hinc ſubitò dimittunt Thura, ſuaque

Angeli cũ ſuis Thuribulis futurum euentum, huic Mundo, demonſtrant.

Angeli iſti ſingulis Annis, in die ſabbati Sãcti, ad gloriam, cum ſuis Thuribulis faciũt motionem.

Thuribula ſacro mouent admirabile motu,
Magna atque illorum demonſtrant gaudia cuncti,
Cùm Saluatoris fuerit ſurrectio ſumma,
Magnum prodigium, haud auditum denique Mundo,
Angeli vt oſtendunt lætanti pectore cunctis.
Lætitiam in cœlis illo quam tempore ducunt,
Thuribuliſque alijs non ſueſcunt thuris honorem
Mittere, nec tali ſeſe producere feſto;
Hoc faciunt verò, vt noteſcant omnibus inde
Tempora Bellorum, & peſtis crudelia duræ,
Quando vel terras ſunt euentura per illas
Tempore ſub tali conantur noſcere motum,
Et notam Mundo ſub tali tempore præbent,
Et quando ad mortis Rex ſubſtat fata propinquus
Quatuor inde per dies conſueſcunt mittere Thura,
Atque ſuos motus faciunt, præbentque benignos;
Contigit hoc verò, vt iam Tertius ipſe Philippus
O petijt Mortem cœloſque volauit in altos,
Quatuor ecce dies ſacra tunc Angeli in ara
Thura dedere quidem iam tantæ nuntia mortis:
Pontificis verò Mortem prædicere ſueſcunt;
Aut quando Cæſar, vel Rex quoque deinde Polonus
Eſt obiturus, item tunc Thuribulis dare motum,
Quod mirum ſemper ſubſiſtit tempore in illo,
Principibuſque alijs fatum quando imminet acre,
Euenit hoc etiam noctuque, dieque ſub omni;
O ſummi pietas iam Saluatoris in Orbe!

Angeli iſti, tẽpore Belli, vel peſtis, cũ ſuis Thuribulis Euentum demõſtrant futurum.

Angeli ad funus Regis Catholici, antea, per quatuor dies motionẽ faciunt.

Angeli iſti ad funus Philippi III. Regis Hiſp. motionem fecerunt.

Angeli etiã ad funus ſummi Põtif. & aliorum Regũ, & Principũ, cum ſuis Thuribulis ſueſcunt facere motionem.

Oſten-

Oſtendit verò cunctis loca ſancta ſalutis,
Eius defuncti cuius tunc funera fiunt,
Angeli ad incenſa hinc ſe tunc ſæpius Thura mouent,
Præcipuè vt feſtis ſplendet Maioribus ara,
Et quando à Patribus cantatur voce ſonora,
Te iam nempè Deum laudamus vocibus altis;
Inq́ue Choro à cunctis hic magnus dicitur Hymnus,
Tunc cum Thuribulis Chriſti latera alta perornant,
Sæpius à cunctis hoc eſt ſine limite notum
Diui Franciſci ſectantur, qui inclyta iura;
Angeli & hi pariter manifeſtant omnibus ipſi,
Quando tuta patet cunctis cuſtodia ſemper,
Atque ſtatus felix rerum, rerumq́; poteſtas;
Hunc at ſimpliciter verum iam denique dicam,
Quando hoſtes huius terræ feruentibus armis
Opprimere hanc multo cum decreuere furore,
Fraudes, tunc horum monſtrarunt Angeli iniquas,
Hoc nunc eſt verum, quod Pſalmo dicitur alto,
Ni cuſtodierit Dominus cum viribus Vrbem,
Tunc fruſtra vigilant, qui illam ſeruare putabunt
Deſuper, Ecce Deus Cuſtos oſtenditur ingens
Angeli vt hoc monſtrant ſignis Diuinitus altis,
Hoſtes vt pereant tergis fugiuntq́ue reuerſis;
Angeli in hoc ſignum Thura & diuinitus ornant,
Vt cuncta aduertant, vt ſeſe robore ſeruent,
Atque hoſtes pellant Patriæ de finibus omnes,
Vt ſeſe poſsint ſemper defendere tutos,

Angeli in feſtis ſolēnioribus, mediæ noctis, ad Te Deum motionem faciunt.

Si aliquod tradimentū futurum eſſet, Reipublicæ Raguſinæ; Angeli cum ſuis Thuribulis demōſtrant Pſal. 126.

Tunc

Tunc Princeps terræ inuigilat, multumque vagatur,
Liberet vt Ciues à ſæuo hinc ore Luporum;
Magnum ò prodigium, ò magnũ Miraculũ & ingens!
Angelica hoc præſtat cunctis cuſtodia ſemper,
Qui ſic demonſtrant hoſtilia robora cunctis;
Summus nempè Deus totum decreuit in Orbem,
Angelica vt cunctos ſeruet Cuſtodia ſemper,
Qui iam peruigilent, dimoto & pectore ſurgant,
Vt ſeſe defendant, nimium tueantur & omnes
Raguſij vt terræ, è cœlo hæc conceſſa videntur,
O felix tellus totum celebrata per orbem!
Quem iam Theſaurum de cœli culmine ſeruas,
Angeli at in te autem nimium lætantur vbique,
Vt tu perſiſtas tanto tutata fauore,
Et tanto pariter ſemper nimis inclyta dono,
In te hæc efficitur ſemper Cuſtodia magna,
In te Saluator colitur, decoratur, amatur,
Angeli & hic te iſti ſub toto iure verentur;
Dum noto illuſtrant nimium ſua munera Thure,
Et ſic à cunctis vel iam ſine lite videntur;
Gratia magna viget cœleſtis, & inclyta ſub te,
Cœleſteſque etiam ſubſiſtunt ſæpè fauores,
Angeli vt exiſtunt cœleſti Numine, & in te
Raguſij & tantis gaudet Reſpublica donis,
A cœlo conceſſa ſibique poſsidet ipſa,
Et Boſnia Argentina etiam proſperrima terra
Virginis intactæ fruitur Doniſque, Boniſque;

Angelorũ Cuſtodia, de cœlo data Reipublicæ Raguſinæ.

NVNC at Raguſij quid ſit Reſpublica dicam,
Quæ Patria eſt verò cœleſti munere noſtra;
Eius iam laudes toto ſermone relinquam,
Prætereo pariter diuinos ſemper honores,
Nam mea lingua quidem cùm ſit ſibi debilis ore,
Tanta nequit præſtare ſibi, nec dicere tanta,
Quædam narrabo verbis ingentia paucis
Magnifica vt ſubſtant, quæ ſecum continet ipſa.
Eſt STATVS eius enim ſupremo hic ordine ſemper,
Virgini & eſt ſemper nimium deuota beatæ,
Omnibus & ſanctis ſemper promptiſſima perſtat,
Ex quo nata fuit primò à fundamine rerum,
Eccleſiæ hæc humilis manſit ſubiecta beatæ, Anno Dñi à fundatione Reipublicæ Raguſinæ, 433.
Illam nec liquit, totam hanc fuit ipſa ſecuta;
Et Salonitanus Michael deſcripſerat ipſam
Hiſtoricus magnus verus quoque denique ſcriptor,
Atque armis, Belliſque grauē terram acriter, inquit, Salonitanus lib. 1. de Dalmatia.
Eſſe nimis, cunctis populis armiſque timendam,
Per mare, per terras, perq́ue omnia, quæ obtinet Orbis,
Narrauit verò ſub Marte fuiſſe ferocem
Contra Paganos Reges, vt mouerat arma,
Et cum Bellorum cunctos feritate repreſſit,
Atque Duces Comiteſque ſimul populoſque ſubegit, Maurus Orbini Chrunicæ ſuæ, lib. 1.
Maurus Orbini, libris teſtatur apertis,
Cùmq; hoc iam Regimen tanto ferat ordine ſummum,
Pacem ſemper amat, pacis ſe ducit amore,
Illi vel ſemper tota eſt concordia cordi,

Reſpublica Raguſina intacta Virgo vſq; ad hodiernam diem remanet, 1205.
Reſpublica Raguſina sẽper ſuos filios Fideles producit.

Reſpicit vt Regum varias pupuliq́ue ruinas
Dalmatiæ in Regnis, qui iam periere furenter,
Eſt intacta quidem toto iam tempore ſola,
Vt Virgo virtute recens, ſapienſq́, potenſque,
Producit Natos hæc nunc Reſpublica felix,
Felici pariter toto ſub corde Fideles
Quiſq́ue ſua ſimul Arte potens manibuſq́ ſupremis,
Otia non noſcunt, perſtant in littore ponti,
Cuncta vident, hoſteſq́ arcent, & damna repellunt,
Hos autem effecit ſæpè Ars Mechanica claros,
Et rerum verò quoque ſumma ſcientia veros,
Huius enim Princeps oculis vigilantibus aſtat,
Omnia perquirit cura ſibi ſedulus omni,
Zelator Fidei Chriſti ſub amore peritus,
Atque Magiſtratus Populi Rectoribus altis
Semper agunt rerum præſtantia munera ſecum,
Atque Gregem curantq́ue ſuum, ſeruantq́ videntq́
Raguſij Antiſtes ſemper doctiſſimus extat,
Religio Chriſti ſummo viget ordine cœli;
Subdita gens etiam ſapientibus Artibus inſtat,
Doctrinæ variæ floreſcunt munere cuncti,
Hæc at Raguſij ſemper Reſpublica felix
Toto iam ſemper ſecum viget ordine ſtructa,
Omnes vt Reges habeat ſibi ſemper Amicos,
At Aquilam magnis volitatq́ue altiſſima pennis
Semper habet, proprium tanquam ſibi deniq́ numen,
Et veluti columen lucem propriamq́; ſalutem,

Verior eſt illi ſemper protectio ſubſtat,
Hiſpanus Rex iure ingens magnuſque Philippus,
Nomine qui quartus claret ſceptroq́ Monarcha,
Et Mundi Princeps regnans clariſſimus ipſis,
Cui Regi Natos producit ſæpè potentes,
Obſequioq́ue eius iam ſemper dedicat omnes,
Vt nunc Hieronymus magnis Maſſibrada ſub Armis,
Et Generalis adeſt, & forti Marchio Marte
Nauibus ipſe ſuis totum Mare deterit altum,
Atque hoſtes ſuperat, ſubigit fluctuſque ſonantis,
Quem tenet Illyricus populus ceu iure Patronum
Ragiſij, qui exſtat Decus, & lux, gloria, & omnis
Magnus honor, nimiuſq́ue ſimul ſine lite ſplendor,
At de Raguſio Gentis felicis & altæ
Præclaris Natis, & multo Nomine prole.

Respublica Raguſina ſub protectione Regis Catholici Hiſpaniarũ exiſtit.

Hieronymus de Maſſibradi ſeruit Regi Catholico Philippo IV. cũ ſuis Nauibus.

QVID modò iam dicam de illuſtri altoq; Ioāne
Stirps celebris cuius Mũdũ illuſtrauerat omnẽ
Stoicus iam Magnus texit quẽ purpura ſacra,
Atque inter Patres Romanos conſtitit Vnus
Raguſij hic fuerat ſemper Pater inclytus ipſe
Hebraicæ linguæ multo ſermone peritus,
Et Doctor ſummus, tunc docta volumina liquit,
Atque manu propria ingens & ſplendore repicta,
Hunc dat Doctorem tellus, quæ fertilis altum,
Maurus namq; Orbini, libris teſtatur apertis:

Ioānes Stoicus Raguſinus, Doctor Sanctæ Matris Eccleſię, atque Cardinalis

Maurus Orbini Chrunicæ ſuæ, lib. 1.

ET de Ælio Cerua quid verò deniq; dicam?
Excellens qui nempè fuit magnuſq́ Poëta

Ælius Cerua Poëta eximius.

Ioannes Gozius, celebris Poëta, atque Orator.

Floruit æterno qui ſemper nomine ſummus,
Gozius atque etiam Orator præclarus habetur
Raguſina hos peperit ſplendens Reſpublica claros,
Illuſtres claroſque Viros ſophiaque repletos,
Ornatos etiam doctrinæ dogmate multo.

Pr. Georgius, Serafici inſtituti, Doctor, & Theologus, Egregius.

ATQVE Minorita hic fuit ipſe Georgius ingẽs,
Magnus Theologus, ſtudio diuinus & omni
Compoſuit verò, qui multa volumina clara
Scripturæ ſacræ, qui aperit nimis inde receſſus.
Et vitæ ſanctus, doctuſque ſimul fuit iſte,

Salonitanꝰ, de Dalmatia, lib. 1. Sabellicus, Enea, de Dalmatia, lib. 8. & 10.

Hunc Salonitanus magnum illuſtremque fuiſſe
Teſtatur nimium Doctorem nomine multo,
Atque etiam libris docet ipſe Sabellicus ingens,

Pr. Bonifacius, Ordinis Minor. ſancti Franciſci, guardianus Terræ ſanctæ, Theologus ſubtiliſsimus, Doctor Concilij Tridentini, atque Epiſcopus Stagnéſis.

ESTQVE Minorita hic alius doctuſque grauiſq;
Egregius nimium Stagnenſis Epiſcopus ipſe,
Nomine, qui magnus fuit hic Bonifacius alto;
Hic prius extiterat Cuſtos ſanctique ſepulcri
Bis ſex hic annos, terram hanc luſtrauerat omnem,
Raguſiumque Pater celebris toto vndique in orbe,
Et Schiſmæ terræ percurrit iugera ſancta,

Pr. Bonifacius priuilegium habuit à Principe Turcarum, vt muro circundaret Sepulcrum Chriſti.

Turcarum Princeps huic munera contulit alta,
Vt nempè ornaret muro nimis ipſe Sepulcrum,
Vt modò perſiſtit, ſic huius perſtitit Author;
Detulit ad Patriam tumulo de illo inclyta multa
Fragmina, & ornauit donis ingentibus illam,
Et quia perfregit Marmor, Turcæ acriter illum
Sæpè obiurgarunt probris mouere ſuperbis,

Atque ſuæ Patriæ addonauit cuncta Senatum
Reliquijs cum alijs cum ſanctis partibus ipſis,
Hæc modò iam ſeruat magno ſacrario in ipſo
Vrbs ingens, populoq; omni dat cernere cuncta;
Subtilis fuerat celebri ſub pectore Doctor,
Qui quia doctus erat, tunc mirabantur & illum,
Qui non humano, at diuino numine ſciuit,
In claris ſtudijs ſemper fuit inclytus vnus,
Hic defendebat, quod ſumma ſcientia condit,
Et quod fundabat ſub multa hic arte tenebat,
Huius nam fuerat ſemper Doctrina profunda;
Doctoris Scoti fuerat ſectator vbique,
Ingenij ſtudio vel ſubtiliſsimus omni;
Hic in Concilio, quod geſsit nempè Tridentum,
Doctor quartus erat multo ſub nomine ſumptus,
Huius nomen enim æternum remanebit in æuum,
Hoc in Concilio ſcriptum inuenietis & illum,
Vel multo ſcriptum ſtudio dignum vndique honore.

Pr. Bonifacius, quia perf egit paruum de Christi ſepulcro; vt deportaret ſecum ad Patriam, ſicut deportauit: multa paſſus eſt à Turcis in Hieruſalē.

EST alius verò ſupremus de Bona Iacobus,
Eximius fuerat, qui clara mente Poëta
Eloquijs totis tenuit, qui culmina ſumma,
Et Græci pariter tunc hic excelluit arte,
Hic librum egregium ſub docto corde reliquit;

Iacobus de Bona, Poëta Latinus, Atque græcus.

MATTHÆVS Bobalis magnꝰ fuit ipſe Poëta,
Rarus & hic Græce, rarus fuit iſte Latinè,
Inſignis virtute fuit Sophiæque nitore
Baſilij libros Latio, qui tradidit omnes

Matthæus de Bobali, Poëta græcus, & Latinus.

Bibliotheca iſti ſemper ſeruantur in alta
Sancti Iacobi celebrantur ab omnibus omnes,
Quæ prope Raguſium ſub multo nomine perſtat.

Pr. Clemẽs Ragnina, Ordinis ſãcti Dominici, Doctor & Theologus celebris.

ET Clemens Ragnina fuit claruſque grauiſque
Raguſij celebris magnus quoque filius ipſe,
Eximius, magnuſque fuit Sophiaq; ſupremus
Scripturam in ſacram, qui grandia ſcripta reliquit,
Doctrinæ radijs ſemper fulgentia multis:

Nicolaus de Vito, Poëta Tuſchus, Latinus, atque Illyricus, eximij valoris.

DE Nicolao autem Viti, quid dicere tentem,
Eius cùm fuerit celebrata ſcientia ſemper?
Egregius verò Tuſco ſermone Poëta,
Atque fuit latius, cuius ſunt carmina mira,
Illyricis verbis, quamplurima fecit amœna,
Atque manu propria ſæpè Aurea Carmina ſcripſit,
Et multos libros ferme ſub nomine liquit,
Hic Doctor vere eſt ſupremo dignus honore,
Et ſi etiam vellem verbis narrare, vel altis
Doctores alios, qui magni Epiſcopi habentur,
Non poterit tantum tota hæc oratio ferre,
Atque Duces cenſere graues armiſque potentes,
Quos terra illa dedit ſub multo Marte feroces,
Poſsibile eſt nulli, Comiteſque fuere ſupremi,
Marchio at hoc Nomen plures decorauit & altos,

Michael de Bobali, Capitanius celebris.

DVX de Bobali Michael claruſque potenſq;
Hic Narentanis ſucurrit fortiter armis,
Et ratibus magnis totum compleuerat æquor,
De Venetis verò palmam ſine lite recepit,

Candia

Candia & hinc Petrus totum deſumpſerat agmen,
Maurus & Orbini ſcriptis teſtatur apertis.
ET Nicolaus item de Bobali fuit inclytus ipſe,
Et Dux ſupremus Patriam ſeruauerat omnē,
Qui Regem pariter Barichum Marte peremit,
Atque ſuos omnes Bello diſperſit iniquo; (rinus
INCLYTVS atq; Comes quoq; Reſtius ipſe Ma-
Extitit immenſam claſſem qui duxit in vndis,
Inque Ducem Haruoiem ſtruxit, puſuitq; triremes,
Quem pepulit virtuſque ſimul, penituſque refudit,
Infamiq; fuga tandem deiecerat illum, (Georgi,
MATTHÆVS verò & ſupremo corde de
Atq; armis magnꝰ, magnuſq; Marinꝰ in hoſtes
Hi contra Venetos nimium Ianuenſia & arma,
Prælia ſtruxerunt multis feruentia telis,
Et velati Herculei Ciues domuere feroces,
Hoſtes aſsiduo victos, preſſereque cunctos,
Prodigijſque iſtis æternum nomen inhæſit
Maurus & Orbini ſub multo dogmate ſcribit. (nes
INSIGNOSQVE Duces Matthæꝰ & ipſe Ioā
De Lucari ſtirpe illuſtres nam Marte fuerunt,
Arma mouebantur manibus, iam fortibus horum
Preſſerunt hoſtes, atque omnia bella fugarunt,
Vngariæ atque etiam tunc Sigiſmundus in armis
Egregius Princeps, ſemper Rex inclytus ipſe
Dalmatiæ eſſe Ducem fecitq; Croatiæ & altæ
Magnum Matthæum imò grati nomine dignum,

Maurus Orbini ſuæ Chrunicæ, lib. 1.

Nicolaus de Bobali, Dux, atque Capitanius inclytus.

Marinus de Reſti, Comes, atque Dux eximius.

Matthæus, & Marinus de Georgi, Inuicti Comites, Duceſque.

Maurus Orbini ſuæ Chrunicæ lib. 1.

Matthæus, & Ioannes de Lucari, Capitanij, Duceſque Inſigni.

Pri-

Sabellicus de Dalmatia, lib. 1.

Maurus Orbini, ſuæ Chronicæ lib. 1.

Primus in æde eius toto fuit altus honore,
Hoc vt teſtatur nimis ipſe Sabellicus ingens
Maurus nam Orbini, telis mundauerat altis.

Simeon Florius. Capitanius inſignis.

SIMEON & Florij fuit ipſe inſignis in armis;
Prodigijs multis deuicit prælia dura,
Cuius ſæpè memor Pyrrhus fuit ipſe Poëta,
Inclytus & celebris Muſarum voce profatur:

Pyrrhi Poëtæ, Epigramma.

ET Miles intrepidus & Dux inuictus in armis
Venit ab antiqua Florius Illyrica,
Illius egregiam virtutum, & fortia facta
Experta eſt duris Gallia temporibus:

Reſpublica Raguſina ſemper ſeruijt, Natione, ac Nauibus ſuis Regi Catholico Hiſp.

QVID dicam, vel fortè meis dabo denique verbis,
Quos Comites habuit celebres, Belloque potentes,
Et ſibi produxit iam tellus fertilis illa,
Inſignes in ſuam titulis fert Marchio nomen,
Et quos poſſedit Generales Marte peritos,
Omnes Hiſpano Regi dabat illa colonos
Præclaros armis, Belliquè cohortibus altos,

Reſpublica Raguſina ſeruijt Regi Catholico, terdecem & ſex nauib', tempore Belli Naualis, 1571.

At de prodigijs, magnis Doctoribus ipſis,
Dicere prætereo, quos natio Raguſina creauit,
Nobilitate etiam claros, virtute ſupremos,
Quoſque Recens tempus tenuit per prælia magnos,
NAVali in Bello, qui geſta excelſa tulerunt,
Auſtriacus vicit cum Bella horrenda Ioãnes,

Qui

Qui tanti Belli Generalis fuit vnicus ipſe,
Triginta hunc & ſex Comitati Nauibus omnes
Militibus cunei conferti ingentibus armis,
Huncque Duces magni, tunc inde fuere ſequuti,
Atque viri Herculei validi, rapidiſque Leones,
Vt iam cum Turcis pugnam vehementer inirent,
Agmina & ornarent Armis Hiſpanica ſummis;
Atque inter cunctos Victor celeberrimus armis. (uit;
PRODANELVS erat quē ingēs victoria no-
Ipſe Comes Martis pugnatorq́ inclytus armis
Nauibus ignitis totum vaſtauerat æquor,
Natio & hunc genuit tanta de ſtirpe potentem,
Raguſij in campis Mauortis robore magnum. (mo,
QVID dicā de alio Comite, & quoq; milite ſum-
Inſignis Bello, qui magnis fulſit in armis,
Nomine qui claro eſt Marulinus nĕpè Ioānes
Regia at hunc proles genuit Sfondratica magnum,
Prodigia hic fecit per multos Bellica campos
Atque Secundo etiam tunc ſeruijt iſte Philoppo,
Hiſpano Regi proprijs cum Nauibus altis;
Et de alio Comite immenſo quoque milite ſummo,
Raguſij magni celebris, qui conſtitit armis.
HIC de Laurentio Marulinus dicitur ingens;
Quē ſtirps produxit Sfondratica sāguine claro
Regi vt ſeruiret proprijs cum Nauibus altis,
Venerat & vires exercuit ipſe potentes
Contra hoſtes Regis tunc pugnauere feroces,

Nicolaus Prodaneli Capitanius celeberrimus.

Marulinus de Ioannes Sfondrati, Comes & Capitanius inſignis, qui ſeruijt Philippo II. Regi Hiſp. ſuis cum Nauibus.

Marulinus de Laurētio Sfondrati, Comes, & Capitanius inclytus, qui ſeruijt Philippo II. Regi cū ſuis nauib⁹

Sic tam forti animo, ſic magno pectore cuncti
Æterno vt digni ſubſiſtant Nomine ſemper

Reſpublica Raguſina ſeruijt Regi Catholico, in Bello Portugalliæ & Terzenas, cum bis decem & octo Nauib⁹, & ſuâ Natione ter mille Militibus.

NON taceo Palmam quam Portugallia geſſit;
Terzenaſque etiam ſub claro nomine Belli
Marte, Secundus enim quod geſſerat ipſe Philippus,
Huic tunc Raguſij ſeruiuit Natio tota,
Viginti atq; octo dederat ſuper æquora Naues,
Atque Duces, Comiteſque altos, Ciueſq; potentes,
Et fortes pariter Generales pectore ſummos,
Pugnanteſq; tribus tunc pugna hæc millibus arſit,
Qui terras pelaguſque ſimul Mauorte replerunt,
Prodigijſque etiam claris, geſtiſque ſupremis,
Atque omnes Regi tunc inde fuere Fideles.

Prodigium Lisbonæ.

AT de Lisbonæ factis inſignibus Vrbis
Quid dicã, vidit magnus poſt inde Philippus
Regia, quem potuit iam non deferre Triremis,
Manſit fluctiuagi tandem per littora ponti,
Ob maris effluxum terram calcare nequiuit;
Tunc Marulinus enim cùm viderat ipſe periclum,
Raguſij magnus Ciuis, ſe fundit in vndas,
Veſtibus indutus proprijs ſub pondere multo,
Atque humeris Regem ſecum deduxerat altis,
Quod Rex vt vidit, tantum miratur honorem
Raguſij dederat quem Natio tanta potentem;
Et Comitem inſignem Illyricæ linguæ vndiq; amicũ
Reddidit huic gratis cùm iam ſe vertit ad illum,
Et geſtum ob tantum iam affecit honoribus ipſum,

Marulinus Raguſinus, Capitanius celebris, ſe fundit in vndas veſtib⁹ proprijs & Regem ſuper ſcapulos ſuos in terra portauit.

Præ-

Præclaris dederat pretioſaq; munera & alta
Interque indumenta dedit quæ prorſus ab auro,
Quingentos pro illis iuſsit perſoluere nummos,
Eximiumq; Ducem ſecum retinere volebat;
Inclytra ſtirps verò ſic Maſsibradica fulget,
Regius & huius ſanguis Nomenq; ſupremum
Raguſij hos flores genuit Reſpublica ſumma,
Vt Gemmas pulcras formoſo corpore cinctas.
SERVIIT & Regi Petrus ipſe Iueglia magn⁹,
Qui Generalis erat ſupremis viribus ingens,
Nuncq; Secundus enim quoq; Tertius ipſe Philipp⁹
Dilexere nimis, ſtudio & coluere ſupremo,
Regia ſtirps iſtum multo decorauit honore,
Nobilis iſte fuit, clarus quoque ſtirpe micanti,
Et Gemuchreuichus cum bis ſex Nauibus altis,
Victor equos vicit, cunctos ſuperauit & hoſtes.
ET Stephanũ egregiũ ſummo Mauorte Nepotẽ;
In magnos rerum caſus tullit iſte Doliſtam,
Magnanimiq; Duces florebant tempore eodem
Inq; hoſtes Regis præſtantia Bella gerebant
Hoſtibus & magnos, deportauere triumphos;
Præſertim vincere quidem nimis Anglica Bella,
Atque illis ceſsit magni Victoria in Aſtris,
Eſt animo fortis iam tota hæc Natio ſumma,
Raguſij Nomen quam toto extollit in Orbe,
Herculei vt Ciues bis centum ter quoq; mille
Agmine ſub magno ſuperarunt ardua Bella,

Petrus Iueglia Raguſinus Generalis, ſua cum Squadra bis ſex Nauib⁹ ſeruijt Regi Philippo II. & III. Hiſpan.

Stephanus Doliſta Raguſinus, inuictus Capitanius, Admiranſque totius Squadræ, qui poſtea fuit Generalis ſuæ Squadræ, & ſemper fideliter ſeruijt Regi Philippo III. Hiſpan.

Petrus Iueglia Capitanius inclytus, Generaliſque ſuæ Squadræ habuit victoriã in Bello Anglico, Anno 1596 In Squadra Petri Iuegle, de Natione Raguſina, fuit ter mille, & bis centũ milites.

Illyrica hos decorat, nam ſemper Natio ſummos,
Iſti verò omnes tunc inde fuere fideles
Hiſpano Regi, quem toto corde colebant,
Raguſina dedit ſuperum mea Patria donis;
Regi vt ſeruirent Domino veluti vndique magno,
De alijs Ducibus præclaris vndique in armis,
Qui Regi obſequium totum ſub corde dederunt,
Dicere prætereo, nam longa oratio ineſſet,
Sed ſolùm volui cunctos cenſere Recentes,
Vt mihi nunc præſens eſt ſtirps Maſsibradica ſumma.



✠

IN Natos ſtat Patris honor diffuſus vbique,
Quid dignum referam de te, præclare Ioannes?
Cùm defunctus abes, quem ſtirps Maſsibradica gignat,
Dignus ades multo tu verò ſemper honore,
Laude viges clara, rerum Tituliſque ſuperbis,
Vndè tui exiliere ſeptem ſub Nomine Nati,
Nobilibus ſemper clari virtutibus omnes;
Fœcundam prolem, fœcundo pectore donas
Actibus egregiam multis Muſiſque peritam,
Quæ toto obſeruat iam rerum pondera ſenſu
Tanquam naſcantur de magnis Arbore ramis,
Floribus eximijs, qui florent vndique ſemper;
Hos Mundus veneratur enim, colit altius ipſos,
Atque Aquila in magnis alis quoque deuehit omnes,
Et ſemper celeri geſtat ſuper Aſtra volatu,
Et tanquam ſeruum ſemper tenet vndique lætum;

Lib Prou.

Ioannes de Maſsibradi Pater Hieronymi, & Nicolai de Maſsibradi & de Sfondrati.

ATQVE prius dicã, quis iam Nicolaus in orbe
Ipſe Gubernator fuerit Marchioque ſupremus;
Illyrica hunc habuit Patronum Natio tota,
Raguſij verò felix Reſpublica & ingens,
Hunc iam præſertim tenuit Dominumq; Patremq;
Prodigijs quæ fecit enim notiſsimus extat,

Nicolaus Gubernator, Marchieque inclytus, fili⁹ Ioannis de Maſsibradi ſeruijt cum ſua Squadra, bis ſex Nauibus, Regi Philippo IV. Hiſpan.

At-

Atque animo generoſo autem quoq; præſtitit alta
Bis ſex nam Ratibus totos ſuperauerat hoſtes,
Hiſpano & Regi robuſtis ſeruijt Armis,
Atq; Aquilæ magnæ obſequiū quoq; præſtitit ingens,
Vt Leo pugnauit nam diros ſemper in hoſtes
Huic Rex Hiſpanus Titulum, nomenq́; miniſtrat,
Deferat vt Comitis ſupremos ſemper honores,
Atque Gubernator noſtra hac tellure feratur,
Vt Maris, & Terræ Marchio quoq; dirigat ipſas,
De geſtis alijs, quæ multo robore fecit,
Sermo quidem fuerit ſemper longiſsimus omnis,
Scribere nec poterit calamus doctiſsimus ipſa
Madriti hic obijt cœlo requieſcit in ipſo. (*prolis,*
TRanſeo ad egregiæ hinc Maſsibradica pectora
Cuius adeſt toto mira excellentia Mundo,
Et generis palmamq́ vehit claramq́ Coronam;
Defuncto & Patri præbet ſacra Nomina viuus,
Hic Generalis enim eſt, & Marchio ſummus,
Et quando hunc tenuit iam Hiſpanica Curia magnū
Prodigijs ſummis ſemper ſtupefecerat omnes,
Quorum in perpetuum viuet clariſsima fama;
Nam Pelagus Terramq́; ſimul direxerat armis
Hic nūc Hieronymus magnus Maſsibradaq́; ſumm⁹
Eximius cunctis toto quoq; corde benignus,
Hunc etiam geſtis diuinis India nouit,
Hunc etiam totus miratur Mundus vbique,
Præſertim hunc laudat iam Rex Hiſpanicus ipſe,

Hieronymus de Maſſibradi, & de Sfondrati, Equeſter ſancti Iacobi, Marchio, & generalis ſuæ Squadræ.

Mag-

Magnus vt Alcides ſemper pugnauit in hoſtes;
Pro Patria, ſummaq́; Fide & pro Principe magno
Annis bis ſeptem fuit atrociſſimus ipſe;
Et modò ſupremis ſemper ſe viribus ornat,
Hiſpanam exornat iam nunc ſine fine Coronam;
Atque locum tenet ipſe amplum ſub pluribs Armis,
Eſt propugnator magnus quoq; victor in hoſtes,
Obſequium Fidei, & Regi dat nobile ſemper,
Eſt Generalis enim de antiquo ſemine Regum,
Raguſij generis, quæ eſt toto illuſtris in Orbe,
Euius ſed merita illuſtriſſima tota vigeſcant
Huic Palmam defert tota hæc iam Natio claram
Raguſij, atque ipſum Reſpublica maxima laudat,
Cuius vitam quidem virtutes continet amplas;
Marchio & eſt pariter ſub magno robore Martis
Fertilis ingenio, rerum experientia & ingens;
Cui Rex Hiſpanus Titulum donauerat altum
Sub raris meritis, quibus ipſe refulget vbique,
Cui Generalis honos, Diui quoq; ſtemma Iacobi
Illi donauit generoſis dotibus amplum,
Eſt ingens Dominus multo quoque dignus honore,
A cunctis celebrandus enim, quoque laude vehendus;
Cuius clara quidem fulget ſapientia in Orbe, (cit,

Hieronymus de Maſſibradi, & de Sfordrai, Generalis, cum ſua Squadra ſeruijt bis ſeptē Annos; ſicut ad præſens ſeruit Regi Catholico Philippo IV. Hiſpan.

MAGNA Ducem ſecū hic aliū per prælia du-
Inſignem clarumq́; ſua ſub ſtirpe micante;
Nomine & hic generis magno Palmota vocatur
Eſt Nicolaus item magno ſub ſtemmate victor,

Nicolaus Palmota Raguſeus, Capitanius inſignis.

Raguſinæ Nationis magnus ſimul vndique ſplendor
Illuſtris cuius fulget prudentia ſemper,
Et quia nempè ſenex, canis quoq; fulget obortis,
Hic animo ſummo ſua cuncta negotia vincit,
Præcipuus, Primuſque ſimul Generalis in æde,
Inque ſuo gradu ſupremo pectore ſubſtat,
Conſilijs cunctis, rebus ſimul omnibus altus
Eſt rerum ſupremus honor, ſuprema voluptas,
Glorificumque vocat iam tota hæc Natio Patrem;
Hos habet hæc Dominos ſupremos Patria claros,
Qui magnis meritis magna & virtute miteſcunt;
Atque hi ſunt grati Regi, carique Philippo,
Hiſpani populi Regnum qui continet omne,
Dat quibus ob meritum quā plurima præmia cunctis.

Nicolaus Palmota veredign° eſt habere Nomen Patris, totius Nationis Illyricæ, atque Raguſinæ.

FINIS HVIVS MATERIÆ.

CARMINA ROSÆ IN LAVdem eximij Principis, Magniq; Ducis de Oliuares.

INq; Aquila hac verò, tota hæc Reſpublica magna
Semper habet ſecum florentem prorſus Oliuam,
Continuò viridem, viuam quoque frondibus omnem,
Omne hæc auxilium ſecum gerit omnibus altum,
Præſidiumq́ue ingens rerum & monimenta ſacrarũ,
Semper abundat enim diuinis fructibus ipſa,
Hæc oleum generat cœleſti ſæpè liquore,
Qui caros animos reddit, fœcundat omnes,
Spem demonſtrat enim ſemper viridantis honoris,
Temporibus cunctis hæc germinat vndique fructus,
Quos toti Mundo iam ſemper donat abundè,
Hiſpano Regi, qui ſemper ſubitur omnis,
Si quis præſidium tandem deſiderat eius,
Hoc eius pedibus poſitum ſibi prorſus habebit,
Et maiora quidem nimium deſumet in illo,
Cùm lignum ſit dulce quidem & iucundius ipſum,
Et gratum pariter cunctorum viſibus omne
De bonitate huius diuinæ ſemper Oliuæ
Dicere quid potero, quod dici deniq́ue poſſit;
Eſt formoſa nimis, toto eſt pulcherrima trunco,
Atque Auibus cœli nidos, habitaculaq́ue infert,

Eſt fœcunda etiam ſupremis Regibus ipſa
Principibus cunctis, cunctiſque potentibus alte,
Atque oleum producit item pinguedine ſacrum,
Dat bona magna Dei ſummis pulcherrima ramis,
Hoc oleum ſeruire Deo facit vndique cunctos,
Eſtque ſacrificijs ſemper flammantibus aptum,
Virtutem propriam nam ſemper in omnia tendit,
Vnguntur Reges validi, quia prorſus ab illo,
Eſt autem Antidotum morbis ingentibus aptum,
Et præſens cunctis naturæ viribus omne,
Quid de te dicam ſemper pulcherrima Oliua?
Omnibus & ſemper vel tota fronde rubeſcens,
Hoc tantum dicam conſerua, quæſo, ſub vmbra
Ipſa tua hic Roſam, qui ſe tibi dedicat omnem,
Debilis & quamvis ſit flos vix tempore durans,
Semper odorifera eſt, multo medicamine plena,
Non alieno autem iam nunc hæc indiget ipſa
Auxilio, dum nempè tuis eſt fulta columnis,
Dulce oleum noſtris effunde laboribus ipſis
Sacrum oleum, pariterque bonum mirabile & Orbi,
Vt vel in Hiſtorijs de te narratur vbique,
Gratia magna tua eſt, cùm iucundiſſimus adſis,
Omnibus & gratus magniſq; fauoribus ingens
Accipe at hanc Roſam lætanti pectore ſemper,
Atque tuus ſeruus tibi ſubditus iſte vocatur,
Ad te procedit tanquam ad virtute parentem,
Quem iam Raguſij ſemper modò Natio ſeruat,

Et tanquam ad proprium ſub rerum pondere numen,
Obſequioque tuo promptus ſubſiſtet vbique,
QVID de laude tua iam Excellentiſsimè Princeps,
Nunc dicam, quid voce feram verbiſque reponam,
& quid de tanto iam poſſum dicere honore?
Deficiat cum lingua mihi, penituſque de his eat,
Atque intellectus non ſit ſubſiſtat abundans,
Vt minimam poſsit de te iam dicere partem,
Eſt tua ſumma quidem nunc magnificentia cunctis,
Et tua tota manet cunctis clementia ſumma,
Ecce his in rebus iam nempè ſubibo periclum,
Nauis, vt in Pelago varijs ſub fluctibus aſto;
Atque vt fuluum aurum in ſe ſemper prima reſeruat,
Omnibus obiectum propria virtute metallis;
Sic inter volucres Aquila eſt pulcherrima cunctas,
Et magnis Alis totum petit Ethera ſacrum,
Atque inter Gemmas Adamans pretioſior eſtat,
Et primam verò ſemper tenet ipſe Coronam,
Sic bonitate quidem, ſic magnificentia & alta,
Et ſic clementi pariter tù pectore fulges,
Iuſtitiæ virtute micas ſublimior omnis,
Vt ſtella & radijs iam matutina relucet
Lumine præclaro cœli inter ſidera magni,
Atque Adamans poſitus perfulget annulo in ipſo;
Sic tua Nobilitas affulget in omnibus vna,
Et perfecta patet, toto & præclarior Orbe,
Atque locum ſeruat ſæpè inter cuncta ſupremum;

SIC

SIC Dominꝰ Gaſpar Princeps Guſmanius ingēs
Virgam habet in manibus ſupremi roboris altam,
Dux Comes eximius, populi quoque deniq; ductor
Principe & hic tanto iam tota Hiſpania gaudet,
Raguſina & nimium pariter Reſpublica floret,
At Mundus quoq; totus habet bona cuncta per ipſum,
Et multis etiam diteſcit honoribus ipſe,
Præpoſitus Magnus ſupremi Regis equorum,
Et primo ſeruat ſub iure cubilia Regis,
Quem ſibi Patronum tota hæc ſibi Natio clamat;
Atque Heroa grauē ſemper, Dominumq; ſupremū,
Protectorem altum ſibi nunc Roſa inuocat omnem,
Hæc in diuino ſemper iam carmine præſtat,
Accipe iamq; precor tandē Excellētiſſime Princeps,
Seruum nempè tuum toto tibi corde dicatum,
Natio quem Roſam rubicundam fecerat iſta,
Protalit hunc fructū Illyrico hæc nunc Natio ramo,
Ornatum verò cineris nunc quippè colore,
Qui nimium meliora Deum tibi ſæpè precatur,
Conditor hic rerum, qui toto viuit in æuo.

FINIS.

PATRIS MARTINI ROSÆ Epigramma pro Monarchia Hiſpan.

PHÆBE Syluarum decus omne Mundi
Lucidum cœli refer ipſe lumen,
Percipe, & noſtrum precibus ſalutem
Tempore Belli.
NVNC Sacerdotes tibi carmina ornant,
Virgines omnes etiam precantur,
Vt Deus Trinus det vbique nobis
Dicere carmen.
ALME Sol curru nitido relucens
Obijce hic nobis radios micantes,
Vt videns Mundi columen Madritum
Nil magis optem.
RITE maturos aperire fructus
Iam iube terras vt odore florum
Donet in tanta iubar Vrbe ſummum
Munera vitæ.
SÆPE producas ſobolem perennem,
Proſperes terris vbicunque fructus,
Qui ferant vitæ ſacra dona nobis,
Et bona cuncta.
SEMPER vt multos vigeat per annos
Orbis & ſecum teneat cacumen,

Et ſacris viuat Dominis precamur
Omne per Æuum.
VOCIBVS vates cecinere multis
Vrbis ingentes ſupereſſe honores
Omnia & terræ ſuperare prata
Numine cœli.
FERTILIS frugum numero vireſcit
Curſibus magnus Aquilæ volantis
Inuolat ſemper ſuper aſtra cœli
Maxima geſtis.
CONDITOR Mundi placidus beatus
Fecit hanc terram celebrem per Orbem
Orbis vt totum teneat cacumen
Vincat vt omnes.
EST Madriti autẽ Decus omne ſummũ
Eſt Iubar terræ ſuper omne lumen
Gentis & virtus ſuper alta gentis
Pectora cunctæ.
CEDIT huic ſemper ſuperata Troia
Bellicus feruor manet hic ſupremus
Liberum munus ſibi vita ſeruat
Prata per iſta.
SEMPER Hiſpanum viget omne nomẽ
Semper in Mundum volitat citatum
Omnibus terris ſtupor vnus extat
Grandibus Armis.
ROSA at hanc terram veneratur omnẽ

Ipſe

Ipſe miratur quod in ipſa perſtat
Laudat & ſemper quod & illa profert,
Vndique ſummum.

HÆC Oliuaris Comitique regenda
Semper affulget ſtudio potenti
Principis tanti tenet vt micantis
Lumina mentis.

PER Mare, & Terras vbicunque floret
Atque habet Nomen nimium ſupremum
Tempus hoc nunquam minuet vetuſtum
Ira nec ignis.

INDICVM pondus ſibi ſemper indit
Aureum lumen ſibi condit omne
Cuncta conſeruat quoque iam Metalla
Maxima Mundi.

HIC Fides viuit, pudor atq; honoris
Hoſtibus terror nimis hic reſultat
Pacis & ſplendor nitet ipſe ſemper
Montibus iſtis.

CVRRIT & pennis Aquila hic citatis
Et petit cœlos vt in axe ſidus
Primus hanc ſemper retinet Monarcha
Viribus ingens.

AVSTRIÆ ſplendor ſtat in Orbe totus
Seruat Hiſpanas, ſine rite ſedem
Inuidum reddeam ſine fine Mundum
Lumine tanto.

HANC & excelſis Aquilam volantem
Cœli cum pennis ſuper omne culmen
Hic ſtupet Mundus, ſtupet atque cœli
Maximus axis.
HANC Oliuam autem celebrabit Æuum,
Dulcibus ſplendet folijs per Orbem,
Omnibus magnam quoque donat vmbram
Vndique amœnam.

AMEN.



TABVLA HVIVS COMPENDIJ Nationis Glorioſæ totius linguæ Illyricæ.

ANGELI in Eccleſia S. Franciſci Raguſij Crucifixum miraculoſe incenſant. 36.

Angeli iſti per ſingulos Annos, in die præſertim (Sabbato Sancto) cum ſuis Thuribulis (Ad Gloriam) motionem faciunt. 37.

Angeli ad funus Regis Catholici Hiſpan. anteà per quatuor dies, cum ſuis Thuribulis ſueſcunt motionem facere. 38.

Angeli iſti ad funus Philippi III. Regis Hiſpan. motionē per quatuor dies continuos fecerunt. 38.

Angeli ad funus Sum. Pont. aliorumq́; Regum Fidei Catholicæ atq; Principum, antea ſimiliter ſueſcūt motionem facere. 38.

Angeli iſti, in feſtis præſertim Solemnioribus mediæ noctis (ad Te Deū vti ſolent) motionē faciūt. 39.

Angeli cum ſuis Thuribulis, euentum futurum huic Mundo demonſtrant. 37.

Angeli iſti tēpore Belli, vel Peſtis; cum ſuis Thuribulis antea, ſolent facere motionem. 38.

Angeli iſti, ſi aliquod tradimētum eſſet futurum Reipublicæ, ſuis cum Thuribulis antea, oſtendere ſolent. 39.

Angelorum Cuſtodia præſertim, Reipublicæ Raguſinæ à Deo ſpecialiter conceſſa eſt. 40.
Alexandri Magni Scriptores atq; Hiſtorici. 5.
A fundatione Reipublicæ Raguſinæ. 41.

B

Beatus Iacobus de Marchia fecit iſta Thuribula Angelorum ſuis proprijs manibus ac poſuit. 36.
Beatus Iacobus prædixit futuram motionem Angelorum iam faciendam. 36.
Beata V. M. cum Obſeſſis loquitur, & eis præſentialiter ſe facit videre. 33.
Boſna Argentina quid ſit? 32.
Boſna Argentina Imaginem miraculoſam B. V. M. tenet. 35.

C

Carolus Magnus fecit Bellum cum Natione Glorioſa (pro prima vice) triginta millia de ſuo Exercitu perdidit. 14.
Carolus Magnus (pro alia vice) quinquaginta millia de ſuo exercitu perdidit. 15.
Carolus Magnus, videns fortitudinem Nationis Glorioſæ iurauit, vt deinceps cum ea vnquam Bellum iniret. 15.
Carmina Ouidij in laude Nationis Illyricæ. 18.
Carmina Authoris in laudē Nationis Glorioſæ. 20.
Cyrillus Doctor S. M. Eccleſiæ, atque inuentor Primus fuit Illyrici characteris. 25.
Cham Agriculturam tenet. 6.

Con-

Confuſio linguarum de Turrim Babel. 6

Creatio Sum. Pont. Nationis Glorioſæ. 28.

Coronatio Regum Nationis Glorioſæ. 28.

Crucifixus miraculoſus in Eccleſia S. Franciſci Raguſij manet. 36.

D

Dalmatia, Seruia, & Raſsia, quid ſint? 26.

Dalmatia tota à Sarmatis aſſumpta fuit. 13.

Deus creauit terram, vt fructum ſuum daret in tempore ſuo. 1.

Deus ob peccata obnoxia Mundi huius, Diluuium miſit ſuper terram. 4.

Doctores, Duces, atq; Capitanij eximij valoris, Reipublicæ Raguſinæ. 43.

Dæmones ab Obſeſsis corporibus vlulant, ſtrident, atque exclamant, ante Arcam Deiparæ V. M. 35.

Dæmon decepit Euam. 4.

I

Iapheth ſceptrum Regale habet. 6.

Iapheth ad Inſulas ſe primarie contulit. 6.

Illyrica lingua ortũ ſuũ habuit de Turrim Babel. 6.

Illyrici ortum ſuum habent à Iapheth. 7.

Illyrica Natio, filij Iapheth Sarmati, ſe extendunt à Mari Caſpio, vſque ad Saxoniam, & ab Adriatico vſque ad Germaniam. 12.

Illyrica Natio Gotti, ſumpſerunt Aſiam, Macedoniam, Græciam, Thraciam, & Pannoniã. 11.

Illyrica Natio Sorabidi, ſumpſere totam Galliam, &

eam per multos Annos tenuere. 14.
Illyrica Natio Gotti, bis Romam ſumpſere. 16.
Illyrica Natio Sarmati, cum bis centũm ſuis Ratibus aſſumpſerunt, Angliam, Siciliam, Dalmatiam, Mediam, Scytiam, Perſiam, & totum Græcum Imperium. 13.
Illyrica Natio Oſtrogothi aſſumpſerunt Imperium Romanum, & totam Italiam. 17.
Illyrica Natio Sarmati, aſſumpſere ſcandinauiam, Aſiam, & totam Europam. 7.
Illyrica Natio Viſigothi aſſumpſerunt Hiſpan. & 13. Annos tenuerunt. 15.
Illyrica Natio merito vocatur Glorioſa. 22.
Imago B.V.M. in Boſnia Argentina Plumbi dat gratiam obſeſſis ſingulis Annis. 33.
Imago iſta B.V.M. plena miraculis in Eccleſia ſancti Franciſci Plumbi manet. 34.
Ioannes Stoicus Doctor S.M. Eccleſiæ atque Cardinalis. 43.

N

Natio Illyrica ob maximam ſui Triumphi fortunam quã ſemper habuit, ideò dicitur Natio Glorioſa. 8.
Natio Glorioſa primum Regnum ſuum habuit Sarmatenſem. 7.
Nationis Glorioſæ diſtributio. 8.
Natio Glorioſa extenditur in ſeptuaginta Generationes. 10.
Natio Glorioſa Triumphum de Exercitu Alexan-

dri Magni tenet. 22
Natio Glorioſa, de Exercitu Caroli Magni Triumphum habet. 23.
Natio Glorioſa de Exercitu Pompei palmam ducit. 23.
Natio Glorioſa, dum petijt à Sum. Pont. vt Sacram Miſſam, & totum Officium Diuinum in lingua ſua Illyrica poſsit recitari. Ad talem Quæſitum Sum. Pont. dum perplexus erat (ò admirabile Miraculum?) tunc Angelus Dei apparuit publice in Conciſtorio, atq; clara voce dixit: (Omnis Spiritus laudet Dominum, & omnis lingua confiteatur) Audiens hoc Sum. Pon. tale priuilegium Nationi Glorioſæ, cito conceſsit. 24.
Noe cum filijs ſuis poſt Diluuium faciens holocauſta, habuit benedictionem à Deo, & tota terra. 5.
Narentanis Veneti vectigal ſoluebant. 13.
Nicolaus de Maſsibradi, & de Sfondrati, Gubernator, atque Marchio ſeruijt Regi Catholico Hiſpan. ſua cum Squadra, & Natione. 53.

O

Obſeſsi publice exclamant, & dicunt M. V. vidiſſe, & cum ea loquti fuiſſe. 34.
Ouidius Naſo, ad Imperatorem Auguſtum ſcripſit in laude Nationis Glorioſæ. 17.

P

Prodigium Lisbonæ. 30.

Petrus Ieuglia Generalis ſuæ Squadræ. 51.
Ptolemæus Hiſtoricus multa Volumina ſcripſit. 6.
Princeps Turcarum, de Conſtantinopolim Regna Nationis Glorioſæ, nempè Boſnani, Seruiam, & Raſsiam oppreſsit. 31.

R

Raguſina Reſpublica Crucifixum miraculoſum habet. 36.
Raguſina Reſpublica, quid ſit? 41.
Raguſina Reſpublica intacta Virgo ſe habet. 42.
Raguſina Reſpublica ſub protectione Regis Catholici Hiſpan. feliciter manet. 43.
Hieronymus de Maſsibradi & de Sfondrati, Generalis ſuæ Squadræ, ſeruit Regi Catholico Philippo IV. ſuis cum Nauibus. 55.
Reſpublica Raguſina ſemper ſuos filios Fideles producit. 42.
Reſpublica Raguſina ſemper ſeruijt, Natione atque Nauibus ſuis, Regi Catholico Hiſp. 48.
Reges Boſnæ Argentinæ, Raſsiæ, Seruiæ, & Dalmatiæ, ob Bella continua perierunt. 32.

S

Sanctus Hieronymus Dalmata, Illyrici characteris Secundus inuentor fuit. 25.
Stephanus Doliſti Generalis ſuæ Squadræ. 51.
Sem filius Noe, Sacerdotale officium tenet. 6.
Sum. Pont. Hiſtorici. 6.

T

Terra primum ex ſe fructum dedit Mundo. 2.
Terra ſecundum ex ſe fructum oſtendit. 3.
Terra propter peccatum Adæ inanis & vacua remanſit. 4.
Terra à Deo iam benedicta, poſt nempè Diluuium incipit fructum ſuum oſtendere. 5.
Tyronion Hiſtoricus multa Volumina reliquit. 6.

Laus Deo, B.V.M. Diuo Franciſco.

SPECIAL 87-B
24915

THE GETTY CENTER
LIBRARY